6
11G
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Notae in Re rustica
Columellae

6-11-G-2

NOTAE
AD. M. CATONEM
M. VARRONEM
L. COLVMELLAM
de re ruſtica

AD. KALEND. RVSTICVM. FARNESIANVM
& veteres inſcriptiones
Fratrum Arualium

I
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

IVNIVS PHILARGYRIVS
in Bucolica & Georgica Virgilij

NOTAE
Ad Seruium in Bucol. Georg. & Aeneid. Virg.

VELIVS LONGVS
DE ORTHOGRAPHIA

Ex Bibliotheca Fului Vrſini

ROMAE IN AEDIB. S. P. Q. R. MDLXXXVII
Apud Georgium Ferrarium

PERMISSV SVPERIORVM

Coll. Rom. Soc. Jesu; Cat. inscr. B-3

ANTONIO CARAFAE CARDINALI

FVLVIVS VRSINVS

Vperioribus annis, ANTONI CARAFA CARDINALIS, cum tibi GREGORIVS PONT. MAX. pro tua non ſolum in ſuſcipiendis pro Eccleſia Dei laboribus alacritate, ſed etiam in perferendis cōſtantia, ſuadente qui tunc Cardinalis perſonā gerebat, SIXTO PONT. MAX. Græca Septuaginta interpretum Biblia per delectos à te viros expolienda mandaſſet, conueniebant ad

II

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

eam rem ſtatis diebus, vt ſcis, domi tuæ, cum alij præcellentes viri non ſanè pauci, tum vel in primis, quem tu ob ingenij iudicijq; præſtãtiam magni præ ceteris faciebas, Petrus Ciacconus homo Hiſpanus, cui Romæ vixiſſe plures annos contigerat: habet enim hoc cælũ, ſemperq; habebit ad excolenda ingenia vim quandam præcipuam & auctoritatem. Solebamus autem eo tempore ego & Ciacconus (nam magnam inter nos beneuolentiam conciliauerat artium ſtudiorumq; ſimilitudo) poſt ſeueriores illas de obſcuris ſanctæ Scripturæ locis apud te habitas diſputationes, interdũ animi relaxandi cauſa, ad humaniores has doctrinas, & litterarum cultum manſuetiorum nos referre, & aliquem ex nobilibus Latinis ſcriptoribus omni ratione perpoliendum ſuſcipere. In quo quidem genere

ſcri-

ſcriptionis cum multa ex illo congreſſu vterq; noſtrum ad communem vtilitatem contulerit, tum præcipuè in M. Varrone de re ruſtica poſt aliorum in eum editas lucubrationes perpurgando, communis induſtria elaborauit. Ad cuius ſanè libros cum permultæ tum ex vetuſtis codicibus per nos collatis, tum ex coniectura petitæ correctiones, eſſent à nobis in aduerſaria relatæ, nihil planè aliud reſtabat, niſi vt occaſio aliqua daretur, qua eiuſmodi notationes in publicum emitti poſſent. Sed Ciacconus morte ſatis immatura praeuentus, cum id pro bono publico litterarum praeſtare, vt cupiebat, non potuerit; ratus ſum ego meas partes eſſe, & amici memoriae de litteris optimè meriti conſulere, & ſtudioſorum ſimul vtilitati, quantum in me eſt, proſpicere. ad quam ſanè voluntatem

tem eò magis ſum deductus, quòd in Italia ſuperioribus menſibus, tot litterariae rei extinctis luminibus, nuper autem in Hiſpania erepto nobis Antonio Auguſtino, qui & ipſe Romae floruerat, iacent prorſus haec ſtudia, quaſi tempeſtate quadam perculſa, ne dicam obruta. Sed omnia quae Ciacconus in ſuo chirographo ad M. Varronem notaſſet, edere operae pretium viſum non eſt, verum illa tãtum ex ijs excerpere, quae mihi vel penitus probarẽtur, vel ſaltem non improbarentur. Quibus praeter ea quae à me fuerãt in eundem Scriptorem notata, & cum Ciaccono cum viueret cõmunicata, adiunxi etiam illa, quae in M. Catonẽ & L. Columellam vel ipſe iampridem ſcripſiſſem, vel à Ioanne Baptiſta Sighicello clariſſimo viro ſcripta accepiſſem. Quin & alia ad rem ruſticam iti-

dem

dem pertinentia, olim à me, cum rerum Romanarum ſtudio tenerer, collecta, quòd ex eorum ſocietate nonnihil commendationis ad hūc librum videbatur acceſſurum, adieci: notas ſcilicet ad Kalēdarium ruſticum Farneſianum, & ad veteres inſcriptiones Fratrum Arualium, itemq; ad Seruium in Bucolica Virgilij & Georgica, cuius etiam lectiones nonnullas in commentario Aeneidis reſtitutas, non omittendas cenſui. Et cum omnis locus edendis ijs, quæ ſtudioſis prodeſſe poſſunt, opportunus habeatur, inſerendum etiam duxi fragmentum quoddam Velij Longi de Orthographia, mendis à me quàm plurimis expurgatum: habet enim is liber multos, & quidem eruditè ſcriptos locos, qui non parum ad veterum Scriptorum, & totius Romanae antiquitatis intelligentiam cō-

ferre poſſint. Sed haec omnia, quae modò numeraui, vnus potiſſimum Iunij Philargyrij commentarius ad Bucolica Virgilij & Georgica, vt emitterentur, occaſionem dedit. Nam ſuperiore anno cum multi & quidem nobiles & eruditi viri ex Gallia pluribus ad me diligenterq; ſcriptis litteris, eius libri exemplũ, vt Lutetiae ederetur, paenè conuitio efflagitaſſent, atque ego Graecae tunc editioni Bibliorum à te praepoſitus, eaque vna cura aſſiduè diſtentus, rem ſaepius diſtuliſſem; viſum eſt abſolutâ iam editione Septuaginta (in qua quid ab excellenti doctiſſimorum hominum induſtria praeſtitum ſit, intelligi poteſt ex ijs, quae ego in epiſtola ad Lectorẽ iuſſu tuo ſum praefatus) viſum eſt inquam voluntati quoq; amicorum de his vulgandis opuſculis, quoad fieri poſſet per publi-

cas

cas occupationes, aliquo modo ſatisfaciēdum; nec ferēdum, vt diutius haec & plus quàm aequum ſit, à bonis bonarumq; litterarum ſtudioſis deſiderentur. Quos interim illud admonitos velim, Iunij huius Philargyrij ſcripta, quae in praeſentia damus, non eſſe illa quidem integrum commentarium ad Bucolica & Georgica Virgilij, ſed excerpta tantum quaedam ex eo: quae cum ego primum legiſſem inſerta fragmento vetuſtiſſimo Seruiano (quod olim mihi litteris Longobardicis exaratum dono dederat Paulus Manutius fauente Aldo filio) nullius autem interpoſito nomine auctoris diſcreta, ſed à Seruianis expoſitionibus tantum his notis diſiuncta, ET ALITER (qua formula, ideſt, καὶ ἄλλως, vtuntur etiam Graeci ad indicandas expoſitionum varietates) ſuſpicatus aliquando

quando ſum, id quod erat, ea ſcripta non eſſe ſupplementum ad Seruium, vt multi opinabantur, ſed additamentum potius quoddam ad eius cõmentarium. Quae cũ repererim deinde in margine codicis Virgiliani, quem item domi habeo, exſcripta manu Angeli Politiani, & quidem diſertè ſub nomine Iunij Philargyrij, illam dubitationem penitus ſuſtulerunt, eoq́; magis, quòd idem Politianus hunc ipſum Scriptorem ſub hoc titulo non ſolum exſcripſit & agnouit, ſed in ſuis etiam Miſcellaneis nominauit.

Quo autem tempore vixerit, & ſi difficile ſit affirmare, ex libri tamen inſcriptione conijci poteſt, floruiſſe Imperatore Valentiniano, ſi modo Valentinianus Auguſtus eo titulo deſignatur. Illud certè conſtat, eum non longè à Seruij aetate abfuiſſe, & Virgilij chirographo vsũ

eſſe,

eſſe, vt ex eius commentario apparet, in quo multa ab eo proferuntur ex ijs Scriptoribus, qui tēporibus non niſi antiquiſſimis extabāt. Haec igitur qualiacumq. illa ſunt, ANTONI CARAFA CARDINALIS, domi tuae aliqua ex parte non ſolum nata, ſed etiam alta quodammodo & exculta, iure optimo tibi dicamus, qui ad ſacrarum litterarū ſtudiū, quod tibi primum ac praecipuum eſt, has quoq; humaniores adiungis, & veteres doctrinas, quibus maximè potes rebus, foues ac tueris. Fungebatur modò cū viueret hoc munere GVLIELMVS CARDINALIS SIRLETVS, flos, vt ille ait, delibatus Collegij, & veteris tum officij, tum probitatis exemplum. quo tu magiſtro in Graecis praeſertim litteris aliquando vſus es. nam praeter eam, in qua is paenè ſolus excellebat, rerum diuinarum cognitionem,

nem, amabat haec ſtudia mirificè, & quibus maximè pollebat ingenij luminibus (pollebat autem vt ſcis, quàm multis) illuſtrabat. Ei tu importuna morte bonis erepto, quaſi vicarius tum virtutis, tum comitatis, in Apoſtolica etiam bibliotheca ſuffectus, talem ad optima quaeq. propēſionem repraeſentas, vt quae illius partes erant in hominibus promerendis, eae nunc ad te tranſlatae planè videantur. Itaque plures iam beneficam voluntatem experti, in tua apud SIXTVM Pontificem gratia multum ponunt. Tuae item Pontifex ipſe ſi quid deliberandum prudentiae, ſiquid exequendum diligentiae plurimum tribuit: tecum arcana & grauiſſima quaeq. communicat. à quorum tractatione, cum te animi recreandi cauſa in Tuſculanum tuum reuocas, patiare vt ibi inter ceteras villaticas oblectatio-

nes

nes haec quoq. ſcripta praeſtò tibi ſint; quorum lectione non parum hoc etiam nomine oblectaberis, quòd per ea, & memoriā praeſtantiſſimi viri, quem vnice dilexiſti, cum laude renouatam, & perpetuū meum colendi tui inſtitutum, pro magnis tuis in me meritis apud omnes & quidem illuſtrius teſtatum his monumentis agnoſces.

LECTORI

Litterarum interpretationẽ, V. C. & VV. CC. quibus vſi ſumus in notis, non puto quenquam eſſe, qui requirat. omnes enim ſciunt, V. C. pro veteri codice, & VV. CC. pro veteribus codicibus poni ſolere. Quae verò habentur in fragmento Velij Longi de orthographia, eas, quia ita ſunt à nobis repraeſentatae, quomodo in archetypis exẽplaribus reperiuntur, vnicuiq. arbitratu ſuo interpretandas relinquimus. Sunt autem nonnullae ex ijs mendoſae. nec enim fieri potuit, quin

ex

ex infinitis propè mendis per nos in eo fragmento ſublatis, aliqua remanſerint, expurganda ab ijs, qui aut meliores codices nacti, aut acutiore ingenio p̃diti erunt. Scriptorum ſanè nomina, qui vel à Iunio Philargyrio, & Seruio in locis emendatis citantur, vel à nobis in notis corriguntur, curauimus diligenter deſcribenda, & in huius libri extremis paginis cum indice rerum notatu dignarum imprimenda.

NOTAE AD. M. CATONEM DE. RE. RVSTICA

TIT. I.

Et ita in legibus poſiuerunt .] Exiſtimamus deſignari legem aliquam ex duodecim tabulis, licet haec non reperiantur in ijs fragmentis, quae hodie in manibus habentur.

Qua naues ambulant .] Ennius apud Feſtum in Rigido.

Inde parum per caerula nauibus ambullabant. Sic enim antiqui litterã l geminabant metri cauſa. Cicero etiam Xenophontem imitatus, Xerxen nauibus maria ambulauiſſe dixit.

Vinea eſt prima , ſi vino multo ſiet .] In duobus libris manuſcriptis eſt , *vel ſi vino multo ſiet* . vnde apparet legendum eſſe, *Si bono , vel ſi vino multo ſiet* . atque hoc modo legiſſe Varronem, conſtat ex libro I. c. VII. de re ruſtica, in quo ita citat hunc locum. *Cato quidam gradatim proponens , alium alio agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus , & quòd ſit primus , vbi vineae poſſunt eſſe bono vino & multo* &c. Sed, *aut multo*, legendum videtur. Putamus autem apud Catonẽ, ex *vono* (nam ita ſcribebãt pro *bono*) factum fuiſſe *vino*, & mox eam vocem expunctam, quòd bis poſita eſſet.

TIT. II.

Dicit villicus ſedulo ſe feciſſe.] v. c. *ſedolo*, quod

duobus modis accipi poteſt, & pro ſedulò ἀρ-χαϊκῶς, vt Conſol pro Cōſul, & pro, ſine dolo, vt eſt in fragmentis legum vetuſtarum.

TIT. III.

Medipontos priuos.] in v. c. additur, *bonos*, & ſcriptum eſt, *melipontos bonos priuos*, quomodo Melica pro Medica ſcribebant.

TIT. V.

Segetē ne defrudet.] v. c. *defrondet*. quae lectio poteſt videri ex veteri ſcriptura fluxiſſe, qua frūs, pro frons, & alia ſimilia in vſu erant. Plin. lib. 18. c. 24. *Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, ſegetem ne defruges.* & hoc modo Columellam legiſſe intelligimus ex his verbis: *Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinanire.*

TIT. VI.

Aut locus iunctus humectus erit.] Vox, *iunctus*, abeſt à libris veteribus, neque eam habet M. Varro, qui hunc locum ita citat li. 1. c. 24. *Ille adiicit ab eodem ſcriptore. Si locus humectus ſit* &c. eſt autem gloſſula expoſitoris, in textū recepta, & rectè à Petro Victorio reiecta. Putamus etiam verba quae ſequuntur (*Nam conuenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur & incenditur, & vmbram per tempus habet*) ab eodem expoſitore adiecta eſſe, nam apud M. Varronem in loco, quem ſupra citauimus, non leguntur.

TIT. VII.

Quas ſuſpendas duracinas, amineas maiores, vel ad fabrum ferrarium pro paſsis recte ſeruantur.] Ita legitur hic locus in vv. cc. & ita legit Plinius l. 14. c. 4. niſi quòd poſt vocē paſſis, ad-

dit,

dit, hac. In vulgatis autem codicibus malè additur, *& Scãtianas opportuniſsimas eſse, hae &.*

Sale confricato.] vv. cc. *confriato*: & ita legendũ tũ hic, tum apud M. Varronẽ l.1. c.60. *ſale ſi ſint confriatae.* & alibi. & apud Colu. li. 6. c. 15. *fuligo infriatur.* & cap. 31. *vlceri infriata.* & l. 12. c. 30. *amphoris ſingulis infriato.*

TIT. VIII.

Saguntinas.] v. c. *Sacontinas*, antiqua ſcriptura, qua maciſtratos pro magiſtratus ſcribebant. vt eſt in columna Duilij, & in vetuſtis legum fragmentis.

Et qui eum fundum ſolum habebit.] Vox, *fundum*, abeſt à vv. cc. & certè videtur adiecta.

TIT. X

Aſinum vnum.] M. Varro l. 1. c. 19. citat hunc locum, & legit: *Aſinum molarium vnum.* quae vox in vv. cc. non reperitur.

TIT. XI.

vaſa torcularia.] vv. cc. *Vaſa torcula.* & ita legendum apud M. Varronem, qui l. 1. c. 22. citat hunc locum.

Falces vineaticas ſex.] Haec verba non leguntur in vv. cc. & videntur accepta à M. Varrone, qui l. 1. c. 22. citat hunc locum, & ita ſcripſiſſe Catonem teſtatur his verbis. *Nam dicuntur ab eodem ſcriptore vineaticae opus eſse ſex, ſcirpiculae quinque, ſiluaticae quinque, arborariae tres, & ruſtariae decem.* ſic enim eſt in vv. cc. non ruſticariae. Feſtus. *Ruſtum ex Rubus,* &c. nã quòd his ſecarẽtur rubi, ſic dictae.

TIT. XII.

Quomodo vaſa torcula quinque iugerum inſtrue-

re oportet .] Videtur legendum, *quinque-iuga*, non, *quinque iugerum* : & *vaſis quinque-iugis*, non, *vaſis quinis*; nam M. Varro. l. 1. c. 22. citans hunc locum, ſic ſcribit: *Olueti iugera ducenta quadraginta qui coleret, eum inſtituere ita oportet, vt faceret vaſa olearia inſtructa, iuga quinque, &c.* Vide tit. 18. & 145.

T I T. XVIII.

Quadrarijs vaſis.] vv. cc. *quadridis* : corruptè. legendum enim *quadriiugis* tum hic, tum paulo poſt, vbi pro *quadrariis* vv. cc. habent corruptè item *quadrinis*, pro *quadriiugis* . Tit. 145. emendatè ſcriptum eſt in vetuſtis codicibus: *ſi ſexiugis vaſis opus erit, facito.*

Ibi de teſta arida pauimentum ſtruito, vbi ſtructum eſt pauito.] quid ſi legatur, *Ibidem teſta arida pauimentum ſternito, vbi ſtratum eſt,* pauito ? Sed haec coniectura tãtum nituntur, & fortaſſe non mala, niſi vv. cc. repugnarent, à quibus recedendum non eſt.

T I T. XXII.

Emuntur ad Rufri macerias.] vv. cc. *Veneunt ad Rufei macerias.* quae lectio vera eſt.

T I T. XXIII.

Tortiuum muſtum circuncidaneum.] vox, *circumcidaneum*, gloſſema eſt; neque eum agnoſcit Plinius, qui li. 14. c. 20. citat hunc locum his verbis: *Super omnia Cato matureſcente iam vino iubet muſtum, quod ille torticium appellat, nos intelligimus nouiſsimè preſsum.* Videndus M. Varro l. 1. c. 54.

T I T. XXIIII.

Quicquid vini defrudabis.] Videtur legendum

defru-

defrutabis, licet vv.cc. repugnent. nam littera t in d ex antiqua ſcribēdi conſuetudine mutata eſt. Columella li.2.c.22. *Et defrutare vinum licet* &c.

TIT. XXXVII.

Et quia vellitur, ſalſum eſt.] Quidam legunt, *& quà vellitur, & quod ſalſum eſt.*

TIT. LX.

Quot iuga boum.] In duobus veteribus libris ſcriptum eſt, *bouerum.* M. Varro de ling. lat. lib. 7. *Neque oportebat conſuetudinem notare: alios dicere boum greges, alios bouerum.* Lucilius. *Qua propter deliro, & cupidè officio fungor bouerum.*

TIT. LXXXIII.

Marti Siluano.] Hunc, vt opinor, infra titulo 142. in ſacrificio Ambaruali, appellat *Martem patrem.* quem Horatius dixit, tutorem finium.

Et te pater Siluane tutor finium.

paulopoſt vox, *adorei*, non habetur in duobus veteribus libris, qui extant apud me, vt facile ſuſpicer gloſſema eſſe.

TIT. XCV.

Igni leni coquito.] Ita eſt in vv.cc. & ita legendum apud M. Varronem l. 1. c. 64. non, *leui igni*, vel vt quidam emendarunt, *lenibus lignis*, ex ſimili loco Catonis tit. 69.

TIT. XCVI.

Oues ne ſcabrae fiant.] In vv. cc. eſt, *ſcabefiant.* quae lectio fortaſſe verior eſt.

TIT. CIV.

Quarto, quintoque die.] Forte legēdū, *quarto quoque die.* Sed haec coniectura tantum nitũtur.

TIT. CXII.

De ſcopio.] In vv. cc. apud me, ſcriptum eſt, *de ſcopione.* quae lectio vera eſt. M. Varro appellat *ſcopos*, & Columella item *ſcopiones*, licet in vulgatis editionibus legatur, *ſcipiones*.

TIT. CXX.

Corticem oppicato.]Facit ad hunc locum Horatij verſus. *Corticem aſtrictum pice dimouebit.*

TIT. CXXXI.

Macte vino inferiori eſto.] In duobus veteribus libris pro *inferiori*, ſcriptum eſt, *inferio.* quae lectio vera videtur. Inferiae à Graecis χοαὶ dicũtur, vnde intelligi poteſt, quid ſit *vino inferio*.

Ioui aſſaria pecuina.] in vv. cc. eſt *pecunia*, quod verbum videtur gloſſema vocis, *aſsaria.*

TIT. CXXXIV.

Porca praecidanea.] Videndus Feſtus in Praecidanea. In vv. cc. paulopoſt habetur, *porco femina*, non, *porcam feminam*: & item *porcum feminam*, non, *porcam feminam*. quod non fuit omittendum, praeſertim conſentientibus duobus vetuſtiſſimis libris.

Iane pater hac ſtrue.] Feſtus. *Ianual libi genus, quod Iano tantummodo delibatur*. Iuuenalis Sat. VI. *Cum farre & vino Ianum veſtamque rogabat*. Ouid. I. Faſt.

Inde vocor Ianus, cui cum cereale ſacerdos
Imponit libum, farraque mixta ſale.

ſed de ferto & ſtrue videndus Feſtus, in Struferarij. item vetus inſcriptio Suouetaurilium, quae habetur in hoc libro.

Bonas preces te precor, vti ſies volens propitius mihi.] Vox, te, non eſt in vv. cc. neque in fragmento

mento vetuſtae inſcriptionis, in qua haec formula his planè verbis concepta eſt. BONAS PRECES POSCO VTI SIES &c. & infra tit. CXXXIX. legitur, *bonas preces precor.*

Vbi exta profecta.] Alij libri habent, *proiecta*. Sed *porrecta*, vera lectio eſt, quae & in VV. CC. reperitur, & auctoritate Macrobij confirmatur in Saturnalibus, ſuper illo Virgilij verſu, *Extaque ſalſos porriciã in fluctus*; ad quẽ verſum adducit Macrob. Veranij hæc ex. 1. l. Pictoris. *Exta porriciunto, Diis danto in altaria, aramue focumue, eoue quo exta dari oportet.* In quibus verbis animaduertendum (*Dijs danto*) gloſſema eſſe verbi *porriciunto*. M. Varro l. 1. de re ruſt. c. 29. *Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricat. ſic quoque exta Deis cum dabant, porricere dicebant* &c. & fortaſſe ex hoc loco Varronis id gloſſema ſumptum eſt.

Vti prius feceras.] Feceris eſt in VV. CC. & ſupra dixit, *vti prius obmoueris.*

TIT. CXXXVIII.

Mulis, equis, aſinis feriae nullae, niſi ſi in familia ſunt.] Macrob. lib. 1. c. 16. *Sunt peaeterea feriae propriae familiarum, vt Claudiae familiae, & ſi quas ferias proprias quaeque familia ex vſu domeſticae celebritatis obſeruat.* Feſtus. *Porcus propudianus, qui in ſacrificio gentis Claudiae velut piamentum, exolutio omnis contractae religionis eſt.* Videndus idem Feſtus in Saturno.

TIT. CXXXIX.

Si deus, ſi dea, quoium illud ſacrum eſt.] Viden-

dus de hac formula Agellius li. 2. c. 28. & Arnobius li. 3. Macrobius autem li. 1. c. 9. in formula euocationis deorum ſic habet: *Si deus, ſi dea eſt, cui populus, ciuitaſque Cartaginienſis eſt in tutela.* Apparet autem ex loco Catonis abundare apud Macrobium verbum, *eſt*, quod primo loco ponitur: item illud, *Cartaginienſis*, quod expoſitoris gloſſema eſſe opinamur in textum receptum.

TIT. CXLI.

Suouitaurilia.] In vv. cc. *Suouetaurilia*, non, *Suouitaurilia*, conſtanter ſcriptum eſt: & ita ſemper in tabula marmorea Fratrum Arualium, quae apud me eſt. & certè Feſti Suouetaurilia eiuſque vocabuli etymon repugnat Suouetaurilium ſacrificio, quod in veteribus monumẽtis deſcribitur. Chariſius li. 1. *Suouetaurilia quidam putant dicenda a victimis Suouetauro. ſed Valgius de rebus per epiſtolam quaeſitis, Solitaurilia dicta ait eſſe a ſolis maribus.*

Ianum, Iouemque vino praefamino, ſic dicito. Mars pater.] Ita planè in veteri inſcriptione, qua Suouetaurilia deſcribuntur, haec formula concepta eſt. IAN. PATR. ARIET. II. IOVI. VERBEC. II. MARTI. PATRI. VLT. AR. N̄. II. Videndus Feſtus in Marſpiter.

Item cultro facito ſtruem & fertum vti adſiet.] Ita vv. cc. & ita in tabula marmorea. licet ibi ſit STRVE EFFERTIS, quod eſt erratum fabrile, pro STRVE ET FERTIS. Feſtus. *Fertum genus libi dictum, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, altero genere libi, quae qui adferebant, Strufertarii appellabantur.*

Tit

TIT. CXLV.

Extraquam ſiquem ſocium impraeſentiarum dixerit.] Expreſſit antiquam formulam in veteribus legibus uſitatam, ut apparet ex hoc fragmento legis Iudiciariae, EXTRA. QVAM. SIQVID. IN SATVRAM. FERETVR.

TIT. CLVI.

Comeſto aliqua quinque folia.] Ita habetur in vv. cc. non ut in uulgatis, *alia*, & ita alibi Cato in originibus apud Nonium locutus eſt. *Faciendum*, inquit, *vt quadrigentos aliquos milites ad verrucam illam &c.*

TIT. CLVIII.

Sed quae vocatur σελινοειδὴς, haec ſeptē habet bona in commixturā.] Locus eſt ſine dubio depravatus, ad quē emendandū quando nihil aliud praeſtare poſſumus, indicabimus ſaltem quomodo legatur in duob. apud me veterib. libris; Quae vocatur Septembrina in Cōmixturā, nā omnia haec habet braſſica. Nūc vti cognoſcas naturā earū, &c. paulopoſt in vv. cc. pro *bis die calida foueto*; ſcriptū eſt, *bis die aqua calda foueto*. & calda antiquos dixiſſe, pro calida conſtat ex veteribus monumentis.

Deinde petigini.] Veterum librorum ſcriptura eſt, *dein depetigini*, nam depetigo dicebatur, quam Nonius petiginem mauult. nam illa Luciliana per tmeſim prolata ſunt, *Illuuies, ſcabies oculos huic, deque petigo conſcendere &c.* quae ſanè tmeſis Lucilio familiaris eſt.

TIT. CLXII.

Salis Romanienſis.] eadem plane forma in veteri inſcriptione dictū eſt, PISTOR ROMANIENSIS.

NOTAE AD M. VARRONEM DE. RE. RVSTICA

LIB. I. C. I.

Annus enim octogeſimus admonet me.] Putamus in vetuſtioribus libris & Plinij aetate ſcriptis exaratum fuiſſe, *Annus enim* XXCI *admonet me*, deinde à librarijs erratum eſſe in notis vt ſaepè fit, & omiſſa littera i, factum eſſe xxc. nam octogeſimo primo anno aetatis M. Varronem libros de re ruſtica ſcripſiſſe tradit Plinius l. 18. c. 3. & veriſimilius eſt apud Varronem hoc loco vnitatis notam omiſſam à librario fuiſſe, quàm in Plinij codicem eam litteram irrepſiſſe.

Vti adhibeam curam.] Veteres libri legunt, *vt id habeam curare*. ex quo veriſimile eſt Varronem ſcripſiſſe, *vt id habeam curae*.

Neque patiar Sibyllam non ſolum ceciniſſe, quae, dum viueret, prodeſſent hominibus, ſed etiam quae, &c.] Poſſunt haec verba & quae ſequuntur ſic collocari interpungique. *Neque enim patiar Sybillam non ſolum cecinisſe, quae, dum viueret, prodesſent hominibus, & id ètiam ignotisſimis quoque, ſed etiam quae, cum perisſet ipſa (ad cuius libros tot annis poſt publice ſolemus redire, cum deſideramus quid faciendum ſit nobis ex aliquo portento) me, ne dum viuo quidem neceſsariis meis quid proſit facere.* Pro, *nobis*, poteſt legi, *nouiſse*: nam littera b in u ſaepè mutatur à librarijs, Sed nō

ſatis

ſatis idoneus ſenſus ex ea lectione elicitur.

Itaque duo hi parentes magni.] Videndum an deſit particula, &, legendumque ſit, *parentes & magni.* nam ſunt duo epitheta, de quibus videndus Macrobius in Saturnalibus. Verba autem *Iuppiter pater, Tellus vero mater,* videntur adiecta χολιαστικῶς.

Quo nomine ruſtica vinalia inſtituta.] Plutarchus in Probl. διὰ τί τῶν οὐιναλίων τῇ ἑορτῇ πολὺν οἶνον ἐκχέουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῆς ἀφροδίτης. Faciunt haec verba ad intelligentiam loci Varroniani: ſed malè in ijs οὐενεραλίων ſcriptum eſt, pro οὐιναλίων. Feſtus: *Ruſtica Vinalia appellantur menſe Auguſto,* XIV. *Kal. Sept. &c. eodem autem die Veneri templa ſunt conſecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in luco Libitinenſi, quia in ipſius tutela ſunt horti.* Idem in Fragmento: *Ruſtica vinalia menſe Auguſto* XIV. *Kal. Sept. Veneris dies feſtus, quòd eodem illo dies aedes ei deae conſecrata eſt. iumenta quoque & olitores ab opere ceſſant, quia omnes horti in tutela Veneris eſſe dicuntur.* M. Varro lib. v. de lin. lat. *Vinalia ruſtica dicuntur ante diem* XII. *Kal. Sept. quòd tunc Veneri dedicata aedes, & horti eius tutelae aſsignantur.* Sed in Kalendario Romano, & apud Feſtum. & item apud Plinium li. 18. c. 29. habetur ad. XIV. Kal. Sept. quòd Varronis tempore, vt opinamur, nondum fuerat annus ad Solis curſum duobus additis diebus reſtitutus. Feſti autem fragmentum ſuppletum eſt à nobis ex altero ipſius loco ſimili, quē ſupra citauimus. Sed operaepretium erit alium item Feſti locum indi-

indicare in Vindiciae, vt reperitur ſcriptus apud me in exemplo manu Pōponij Laeti deſcripto ex ijs pagellis, quas ipſum detractas ex eo fragmento habuiſſe teſtatur Angelus Politianus. *Vindiciae &c. Cato in ea, quam dixit L. Furio de aquariis &c.* in vulgatis autem codicibus eſt tantùm, de aqua.... Sub finem poſt verba XII. tabularum addūtur haec: *Vindiſerit à vinculis omnibus abſolutum ſignificat.* neque dubium eſt, quin hoc exemplum petitum ſit è XII. nam prolatum eſt ea forma, qua, *plorasit*, & alia ſimilia in legib. XII. tab.

Hieron Siculus, & Attalus Philometor.] Videtur deſiderari particula, &. vt legatur, Attalus & Philometor reges. nam ſequitur, *de philoſophis*, &c. Columel. l. I. c. I. *Siculi quoque non mediocri cura negotium iſtud proſequuti ſunt Hieron & Epicharmus, Aegyptii Philometor & Attalus.* Plinius in indice li. 18. *ex auctoribus Philometore rege, Attalo rege.*

Ariſtophanes Maleotes.] Scribendum, *Mallotes*, ex nummis argenteis, & veteribus libris.

Et miſit Deiotaro regi. Quo breuius, &c.] Putamus totū hunc locum ita legendum eſſe, interpungendumque. *Et miſit Deiotaro. ego quò breuius de ea re conor tribus libris exponere, vno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis paſtionibus, hoc circuncifis rebus, quas non arbitror pertinere ad agriculturam, ita prius oſtendam, quae ſecerni oporteat ab ea.*

C. II.

Primum cum orbis terrae diuiſus ſit in duas partes

tes ab Eratoſthene maximè ſecundum naturam, ad meridiem verſus, & ad ſeptentrionem.] M. Varro libro. 4. de ling. lat. *Vt omnis natura in caelum & terram diuiſa eſt; ſic caelum in regiones, terra in Aſiam & Europam. Aſia iacet ad Meridiem & Auſtrum. Europa ad Septentriones & Aquilonem*. Ex hoc loco fortaſſe hic legendum. *Aſiam ad meridiem verſus, & Europam ad ſeptentriones*. Certè vel corrigitur locus, vel ſaltem illuſtratur vnus ex altero. Quae ſequuntur poſsunt ita legi interpungiq. *Et ſine dubio quom ſalubrior pars ſeptentrionalis ſit, quàm meridiana; & quae ſalubrior, illa fructuoſior; dicendum, magis Europam* &c.

Aut coli natum.] Poſset legi, ali natum: nã ita locutus eſt in hoc ipſo libro cap. 44. *quae nata ſunt in fundo aleſcunt*.

Verum eſt enim illud Pacuuij.] Pacuuij verſum hunc ex Antiopa Feſtus in Torrens ſic legit: *Flammeo vapore torrens terrae fetum exuſſerit.* & ſic Iſidorus etym. li. 13. c. 21. Varro etiam li. 5. de ling. lat. ad hunc locum reſpexit, cum ſcribit, *Non vt Pacuuius ait, quòd omnia niſi interueniat ſol pruina obriguerint*. ſed pro, *Pacuuius*, malè ibi, *Catulus*, ſcriptum eſt. Verum verſus Pacuuij poteſt hoc loco ita legi. *Sol ſi perpetuo ſit flammeo vapore torrens, terrae fetum exuri*. Circumfertur alter Pacuuij verſus ex Duloreſte. *Nec grandiri frugem fetam poſse, nec miteſcere*. quò fortaſſe pertinet id quod legitur apud Noniũ in Grandire. *Varro*, inquit, *rerum diuinarum* li. 1. (Sed ſcri-

ſcribendum de rerum natura.li. 1.) *cum autem humus ſemina recipere non poſsit. recepta non edat, aut edita grandire nequeat.* In vulgatis autem codicibus corruptè legitur. *cum autem humus ſeminari incipere non poſsit, recepta non reddat, aut edita grandire nequeat.*

Ego hic, vbi nox & dies modicè redit & abit, tamen aeſtiuo die, ſi non defenderem me in aeſtuoſum meridiem.] locus corruptus & perturbata interpunctione difficilis poteſt ita reſtitui. Ego *hic, vbi dies modicè abit & redit, tamen aeſtiuum diem ſi non diffinderem meo inſititio ſomno meridie.* Vel ita. *Tamen aeſtate diē ſi non* &c. nā lib. 3. c. 2. ſic habetur. *Quid ni nouerim, vbi aeſtate diem diuidere ſoleā?* paulopoſt vbi legitur, *in ſemeſtri die aut nocte*, videntur verba, *aut nocte*, fuiſſe ab aliquo adiecta.

Quod oleum Venafro.] Videtur legendum *Venafrano*. Strabo vbi de Venafro, ſic ſcribit: ὅθεν κάλλιστον ἔλαιον.

Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim Caeſare iubente datus eſt &c.] Videndum an ita potius legi debeat. *Ager* Gallicus *togatus vocatur, qui viritim contra Senati auctoritatem per Flaminium datus eſt* &c. quae lectio elicitur ex corrupta ſcriptura veterum librorum. nam ex notis, C.S.A. quae ſignificabant contra Senati auctoritatem, factū eſt, vt videtur, id quod uariè in manuſcriptis codicibus inuenitur, *cis Ariminum*, vel, *Caeſenatibus*, vel *à Caeſare*. notas autem C.S.A. ſignificare, contra Senatus auctoritatem, & Senati pro Senatus Catonem poſuiſſe, itemque Galliam, dictam

ctam eſſe Togatam, ita omnibus notum, vt pu deat ſuper hoc diutius immorari. Facit autem ad hunc locum illuſtrandum quod ſcribit Cicero in li. de Seneſt. *Q. Fabius C. Flaminio Tr. pl. quoad potuit reſtitit agrum Picenum & Gallicum contra Senatus auctoritatem diuidenti.*

In ſingula iugera dena cullea vini fiunt.] legendum quindena cullea, id eſt, amphoras trecenas, vrnas ſexcenas. Nam culleum viginti amphoras, hoc eſt, vrnas quadraginta cõtinebat. & ita habet Columella, qui citat hunc locum li. 3. c. 3. ſed Plin. li. 14. c. 4. *Idem Cato*, inquit, *denos culleos redire ex iugeribus ſcripſit*. Verum, *quindena*, omnino legendum eſſe vel ex his Columellae verbis intelligi poteſt, quae habentur li. 3. c. 3. *Atque vt omittam veterem illam felicitatem aruorum, quibus & ante iam M. Cato, & mox Terentius Varro prodidit, ſingula iugera vinearum ſexcenas vrnas vini praebuiſse; id enim maxime aſseuerat in primo libro rerum ruſticarum Varro, nec vna regione prouenire ſolitum, verum & in Fauentino agro, & in Gallico, qui nunc Piceno contribuitur.* Praeterea in Gæoponicis li. 5. c. 17. Varronis hic locus ita deſcriptus eſt. Καὶ γὰρ βάῤῥων διϊσχυρίζεται, ὅτι ἕκαστον πλέθρον τῆς ἀμινίας ἀμπέλου τριακοσίας ἀμφορεῖς ἤνεγκεν. Columella quoque eas vites amineas fuiſſe tradit li. 3. c. 9. Ex verbis autẽ Columellae paulò ſupra citatis apparet apud Varronem legendum eſſe, *a quo ibi trecenariae appellantur vites, quòd iugerum trecenas amphoras reddat*, non, *tricenariae*, &, *tricenas*.

L. Mar-

L. Marcius praefectus Fabrum.] vv. cc. *Libo Marcius* &c. quae ſcriptura verior eſt. nam Libo eſt Marciae familiae cognomen, quae Quinti praenomine peculiarius vſa eſt.

Atque ad agnatos & gentiles eſt deducendus.] Reſpexit ad legem XII. tabularum, *Si quis furioſus ſiet, agnatorum gentiliumque endo eo pequniaque eius poteſtas eſtod.*

Stolonum confirmauit cogomen.] Videtur legendum, *conformauit*: nam ipſe id cognomen primus obtinuit. et item, *ne naſcerentur*, non, *quae naſcerentur*.

In ſeptem iugera forenſia è comitiis eduxit.] Placeret magis, *in ſeptem iugera è foro, ac comitio eduxit*. nam quod docti uiri opinantur de Foro Licinij intelligẽdum eſſe, vt in eo à ſe cõſtituto Licinius ſeptem iugera viritim diuiſerit, non penitus ſatisfacit. fuit enim Forum Licinij in Italia Tranſpadana, teſte Plinio li. 3.c. 17. & tam longè colendi cauſa Romanos tũc proceſſiſſe veriſimile non eſt, cum ſcribat Columella lib. 1. c. 3. poſt reges exactos Liciniana illa ſeptem iugera plebi aſſignata fuiſſe. & in praefatione libri tradat, C. Fabriciũ et M'Curium, alterum Pyrrho finibus Italiae pulſo, domitis alterum Sabinis, accepta quae viritim diuidebantur captiui agri ſeptem iugera, non minus induſtriè coluiſſe, quàm fortiter armis quaeſiſſe.

Video hus venire.] Haec verba abundant, nam è loco ſuperiore irrepſerunt, in quo eſt: *nam C. Licinium Stolonem, & Cn. Tremelium Scrofam video uenire.* Videdum etiam paulo poſt,

pro, *omnibus virtutibus politum*, ſcribendum ne-ſit, *omnibus artibus*. nam & ipſe Varro ita alibi locutus eſt; & Cicero li. 1. de Finibus, dixit: *non ſatis politus iis artibus &c.*

Triumuir qui fuit.] vv. cc. *vigintivir qui fuit*: quae ſcriptura vera eſt. nam xxviri agris diuidundis creabãtur. Cicero li. 9. ep. 12. ad Attic. *Repudiari ſe totum magis adhuc, quàm in* xx*viratu putabit*. Plin. lib. 7. c. 52. *Varro quoq. auctor eſt*, xx*viro agros diuidente Capuae*. ſic enim eſt in vv. cc: vt vnica tantum vox videatur deeſſe: *ſe*. Frontinus de colonijs: *Capua colonia muro ducta Iulia Felix iuſſu Imp. Caeſ. à* xx*viris eſt deducta*. Velleius Paterculus. *Caeſar in conſulatu* (deeſt *primo*) *legem tulit, vt ager Campanus plebi diuideretur, ſuaſore legis Pompeio. ita circiter viginti millia virum eò deducta &c.* Varronem autem xxvirum ei agro diuidundo fuiſſe, vel ex eo, quẽ ſupra adduximus Plinij loco, ſatis patet.

Cum huius ſpectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt videãt pinacothecas, ſed oporothecas.] Videndum an legi debeat: *Cum huius ſpectatum veniant ad villas, non vt apud Lucullum Pinacothecas, ſed oporothecas*. nam verba, *vt videant*, videntur adiecta.

Contra auream imaginem.] Videtur legendum, *contra aurea imagine*; hoc eſt, nummo aureo, in quo imago alicuius Dei ſignata ſit. Quae enim carius venibant, dicebantur conſtare auro contra. Plaut. Trucul. *Perij miſer, iam auro contra cõſtat filius*. Et in Curcul. *Auro contra cedo mihi modeſtum amatorem, à me aurũ accipe*. & in Pſeudol. *Auricalcho contra non carum fuit mendaciũ meũ.*

C. videmus Fundanium.] In vv.cc. eſt, *L. videmus Fundilium.*

Sed nec illud quidem ouum vidimus.] *Ouom*, antiquà ſcribendi ratione, qua *Dauos*, & *ſeruos*, reperitur in vv. cc. Non modo (inquit Varro) Conuiuium, vt ait Plautus, ſublatũ non eſt, ſed ne inceptum quidem. *Ab ouo* enim inquit Horatius Sat.5.li.1.*vſque ad mala*. & Cicero li. 9. epiſt. ad Varronem. *Integram famem ad ouum affero*. De ouis autem in Circo Maximo ita ſcribit Liui. li. 41. *Et carceres in Circo fecit, & oua ad metas curriculi numerandas.*

Villa, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus.] Videntur haec verba loco ſuo mota cum ſint, itá reponenda eſſe. *Villa, ab eo quòd in eam conuehuntur fructus:*

Et vnde veheunt] Magis placeret, *& vnde euehunt.*

Et vt dextra tibia, alia quàm ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodammodo coniuncta.] Rectius in v.c. *Et, vt dextra tibia, alia omnino quàm ſiniſtra, ita tamen, vt ſit &c.* Ad huius autem loci intelligentiam pertinent haec, quae habentur apud Apuleium li.1. Floridor. *Primus Hyagnis manus in canendo diſcapedinauit. primus duas tibias vno ſpiritu animauit. primus laeuis & dextris foraminibus acuto tinnitu, & graui bombo concentum muſicũ miſcuit &c.* Ex quibus verbis, & ex veteribus etiam marmoreis monumentis colligitur, duas tibias vno ſpiritu inflari ſolitas fuiſſe, earumque alteram manu dextra, alteram ſiniſtra teneri ſolitam. Feſtus. *Dextrarum tibiarum genus eſt, quae dextra tenentur.* Seruius in li. 9. Aen. *Vt enim ait Varro, tibia Phrygia, dextra, vnum fo-*

tamen habet; ſiniſtra, duo: quorum unum, acutum ſonũ habet; alterũ, grauẽ. Ex quibus verbis apparet, dextrã tibiã modorũ fuiſſe incẽtiuã; ſiniſtrã, ſuccentiuã; quae ſit inferior tẽpore & cõcentu.

Quocirca & ſuccinit paſtorali.] Videndum an melius ſit, *Quocirca ea ſuccinit paſtorali, quòd eſt inferior, vt tibia ſiniſtra dextrae*. reliqua ſunt adiecta. vel ita legendum: *vt tibia ſiniſtra dextrae à foraminibus*.

Vide inquit, ne Agri iſtuc ſit ab hoc, cùm in legibus etiã ſcribatur pecus quoddã.] Verba, *pecus quoddam*, abundant: & totus hic locus ſic legendus. *Vide, inquit, Agri ne iſtuc ſit ad hoc, cum in legibus etiam caueatur*. Varro li. 2. c. 3. *Ab hoc in lege locationis fundi excipi ſolet, ne colonus capra natũ in agro paſcat*. ex quibus verbis apparet, vocem *ſurculario* inducendam eſſe. Sed cum in praefatione li. 2. ſcriptũ ſit: *armentum id, quod in agro natum non colit, ſed tollit dentibus*, conſiderandũ an in lege locationis fundi, vox *capra* ſit quintus caſus, & exponendũ ſit, ne colonus quod in agro natũ ſit, capra paſcat. *Terra natũ*, dixit etiã Salluſtius, pro eo, quod in agro naſcitur, ſcilicet arbores, & ſimilia.

Propterea inſtitutũ diuerſa de cauſa.] Voces, *diuerſa de cauſa*, vidẽtur alienae ab hoc loco, & otioſae.

Quòd eam, quam laeſerit, fieri dicunt ſterilem.] Plin. li. 15. c. 8. *oleam ſi lambendo capra lingua cõtigerit, depaueritq́, primo germinatu ſterileſcere auctor eſt M. Varro*. & li. 8. c. 50. *oliuam lambendo quoque ſterilem faciunt, eaq́, ex cauſa Mineruae nõ immolant*. Ex quibus verbis apparet hic legendũ eſſe: *quòd eam, quam lamberit, fieri dicunt ſterilem*. eſt

autem verbum *laeſerit* gloſſema verbi, *lamberit.* Feſtus, *lambere*, inquit, *ſcindere ac laniare.* Vidẽdus Nonius in *Fructuis.*

Niſi, quae agrum opere quò cultior ſit adiuuare.] Nemo non videt, vocem, *opere*, ab expoſitoribus adiectam eſſe, & pro, *adiuuare*, legendum eſſe, *adiuuant*.

Venalium greges.] Videtur legendum, *volucrium greges*. nam in hoc ipſo libro. c. 38. ſic ſcribit: *Stercus optimũ eſſe ſcribit Caſſius volucrium etc.* & li. 3. c. 2. *Ibi vidi greges magnos anſerum, gallinarum, columbarum, gruum, pauonum &c.* Paulò poſt legendum: *& fructus in eo ferre*.

Neque arenariae.] Extat apud me tabella aenea cũ hac inſcriptione. SVB. L. ARRVNTIO. STELLA. NAVIS. HARENARIA. QVAE. SERVIT. IN. AEMILIANIS. REDEMPTORE. L. MVCIO. FELICE. De Aemilianis videndus Suetonius in Claudio, c. 18. & Varro infra li. 3. de re ruſt.

Non enim ſi quis propter agrum, aut etiam in agro, profectus domino, agriculturae acceptum referre debet.] Videtur legendum, *ſiquid*, &, *referri*: vt dictio, *profectus*, ſit generandi caſus.

Suſcipit Stolo,] Interpungendum ante verbum *ſuſcipit*, quod poſitũ eſt pro eo, quod Graeci dicunt ὑπολαβών; & Virgilius vertit, *ſuſcipit Anchiſes*.

Deſpuere ieiunum cantare.] Plin. li. 28. *Eadem etiam ratione, terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt.* & lib. 26. c. 9. *Experti affirmauere plurimum referre, ſi virgo imponat nuda, ieiuna ieiuno, & manu ſupina tangens dicat: Negat*

Apol-

Apollo peſtem poſſe creſcere cui nuda virgo reſtinguat. atq. ita retrorſa manu ter dicat, totieſq́; deſpuant ambo &c. Ita legitur hic locus in v. c.

Quaſi verò inquam.] Videtur legendum: *quaſi verò inquit Agraſius*: nã nulla interpoſita eſt perſona; & Agraſius Saſernam defendit.

C. III.

De ijs rebus dicendum.] Quid ſi legas? *deinceps dicendum.* & infra poſt verbum, *carceribus*, videtur legendum: *profecta, quas decurrat ad metas.* Sic enim paulò poſt locutus eſt Varro: *Hinc profecti agricolae ad duas metas dirigere debent.*

C. IIII.

Quòd initium fructuum oritur.] Videtur legendum: *quòd hinc initium fructuum oritur.* Et paulò poſt videtur abundare vox, *cultura*, legendumque, *quae faciunt honeſtiorem agrum.*

Nemo enim eadem vtilitate non formoſius quod eſt &c.] Multa hic σχολιαστικῶς ab expoſitoribus adiecta ex margine in textũ irrepſerunt. Totus autem locus ita videtur emendandus: *Nemo enim eadem vtilitate non formoſius quod eſt, emere mauult pluris. Vtiliſſimus autem is ager, qui ſalubrior eſt; quòd ibi fructus certus. Contra in peſtilenti, quamuis feraci agro colonum ad fructus peruenire non patitur.* Colum. li. 1. c. 3. *Nec rurſus in peſtilenti, quamuis feraci pinguiq́; agro dominum ad fructus peruenire &c.*

Non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturae.] Poſtrema tria verba videntur abundare.

C. V.

Nec eò dico, quòd non habeant.] *Quò*, magis placeret quàm, *quòd.* paulò poſt in vv. cc. eſt, *fundi*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſolum,non ,*ſoli fundi :* atque haec lectio confirmatur duob.locis,qui habētur infra cap. vj.& iij. *Secunda , quae in eo fundo debeant eſſe culturae cauſa . tertia , quae ſint facienda . quarta , quo quaeq; tempore fieri conueniant . De his quatuor generibus &c.* ita videtur hic locus legendus, nam cetera ſunt expoſitorum gloſſemata. Conſiderandum etiam an pro *generibus* , ſit emendandum, *partibus* : nam infra habetur . *de primis quatuor partibus dicam* .

C. VI.

Igitur cum tria genera ſint agrorum, campeſtre, collinum , & montanum , & ex his quartum ; vt in eo fundo, in quo haec duo,vel tria ſunt, vt multis locis licet videre . E quibus tribus faſtigijs ſimplicibus, ſine dubio infimis cultura aptior ; quòd haec calidiora ; ſic collinis , quòd ea tepidiora. Haec apparent &c. Ita videtur hic locus legendus , aliquibus mutatis, vt,*eſt*,in,*&* : &, *videri*,in,*videre* : aliquibus autem inductis, quae ex margine intruſa ſunt .

Eò magis ſi quis eſt inaequabilis .] Videtur legendū . *eò magis ſi eſt inaequabilis* . & paulò poſt pro eo quod vulgò habetur, *diſpariliter habent momentum*, fortaſſe melius legeretur, *diſpar habent momentum*, vel *diſparile* . eſt enim locus ſumptus ex li. 2.c.6. Theophraſti de cauſis plātarum , in quo ita ſcriptū eſt: μικραὶ δὲ ἐπαλλαγαὶ φαινόμεναι μεγάλας ποιοῦσι ῥοπὰς εἰς τὴν φύσιν ſiue εἰς τὴν φύτευσιν ,vt opinamur .

C. VII.

De forma culturae hoc dico, quae ſpecie ſint venuſtiore, ſequi , vt maiore quoque fructu ſint , vt ſi ſata

ſunt in quincuncem. itaque maiores noſtri, &c. ita videtur hic locus legēdus, paucis immutatis; nam quaedā etiā ſunt adiecta ab expoſitoribus, vt pleraque in his libris.

Cum eaſdem ſi fregeris] Particula, *ſi*, videtur abundare. & paulò poſt legendum, *appellatur*, pro eo quod in vulgatis libris eſt, *appelletur*.

Itaque Cretae ad Cortyniam dicitur platanus eſſe, quae folia hieme non amittat: itemque in Cypro, vt Theophraſtus ait. Vna item Sybari, qui nunc Thurij dicuntur, quercus ſimili eſſe natura, quae eſt in oppidi conſpectu.] Ita hic locus emendandus ex Theophraſto & Plinio, quorum verba ſunt haec. Theophraſti ex lib. 1. de hiſto. plant. Ἐν κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυνίᾳ πρὸς πηγῇ τινὶ ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. μυθολογοῦσι δὲ ὡς ἐπὶ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ ζεὺς. τὰς δὲ πλησίον πάσας φυλλοβολεῖν. ἐν δὲ συβάρει δρῦς ἐστὶν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. φασὶ δὲ οὐ βλαστάνειν αὐτὴν ἅμα ταῖς ἄλλαις, ἀλλὰ μετὰ κύνα. λέγεται δὲ καὶ ἐν κύπρῳ εἶναι τοιαύτην. Plinij ex li. 12. c. 1. *Eſt & Cortynae in inſula Creta, iuxta fontē platanus vna, inſignis vtriuſq; linguae monumentis, nunquā folia dimittens, ſtatimq. ei Graeciae fabuloſitas ſuperfuit, Iouem ſub ea cū Europa concubuiſſe. ceu verò nō alia eiuſdē generis eſſet in Cypro etc.* & ex li. 16. c. 21. *In Thurino agro vbi Sybaris fuit, ex ipſa vrbe proſpiciebatur quercus vna, nūquā folia dimittēs, nec ante mediā aeſtatē germinans &c.* Ex locis autē adductis videtur apud Varronem legendum; *Vna itē Sybari*, vt nos emendauimus; apud Pliniū verò, *ſuper ea*, nō *ſub ea*; nam in nū-

mo argenteo Γορτυνίων haec fabula ita expreſſa eſt, vt nõ ſub platano, ſed ipſi planè platano inſidere Europa videatur: & Theophr. a quo Plinius accepit, habet, ἐπὶ ταύτῃ. Non alienum autem erit ab hoc loco, quoniã nummi veteris auctoritate Plinij lectionem cõfirmauimus, alium item nummũ indicare, quo locus Ouidij in xv. Metamorphoſeos non ſolum illuſtratur, ſed etiam corrigitur. atque is eſt:

Necnon Sicanias voluens Amaſenus harenas,
Nunc fluit, interdum ſuppreſſis fontibus aret.

nõ. n. *Amaſenus*, qui per Volſcos fluit, ſed *Amenanus*, eſt legendũ, qui fluuius eſt Catanae, & in καταναίων argẽteo nũmo dicitur AMENANOC. Stra. li. 5. καθάπερ καὶ περὶ τοῦ ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ, τοῦ διὰ κατάνης ῥέοντος. ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖ. Apud eũdẽ Ouid. ĩ Faſt. li. 4. minꝰ corruptè habetĩ ĩ vetuſto codice,

Iamq. Leontinos Amenenaq. flumina curſu
Praeterit, & ripas herbifer Aci tuas,

cum in vulgatis libris legatur, *Amiſenaq. flumina*. Veteribus etiã nũmis emendatur Vibius Sequeſter, apud quẽ *Hipparis*, non *Hypanis* legendũ: ΙΠΠΑΡΙC enim habetur in nũmo argenteo Καμαριναίων, & apud Pindarum in Olympicis.

Idem cõtra atque apud nos fieri ad Elephantinem, vt neque ficus, neque vites amittãt folia.] Theophr. l. 1. c. 6. περὶ γὰρ ἐλεφαντίνην οὐδὲ τὰς ἀμπέλους, οὐδὲ τὰς συκὰς φασὶ φυλλοβολεῖν. Pli. li. 16. c. 27.

Itẽ oſtendit, ꝙ in locis feris plura ferunt.] Theophr. li. 3. c. 7. ὅπου γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ ζητεῖ, τοῦτον οἰκειότατον εἶναι τόπον. Verba, *in ijs, quę ſunt cultu meliora*, videntĩ κολαστικῶς poſita ab expoſitore.

Vt arundines in Aretino.] Suſpicor legendum eſſe, *in Reatino.*

Alia in mari, vt ſcribit Theophraſtus, palmas & ſquillas.] Theophr. i.1.c.7. τὰ δὲ τῶν ὁμολογουμένων χερσαίων πεφυκότα πολὲ ἐν θαλάσσῃ Ϭιοῦν, φοίνικα, σκίλλαν, ἀνθέρικον.

Cato quidem, inquit, gradatim praeponens.] Sine dubio videtur legendum, *proponẽs*: nam infra, cap. 18. ſic habet: *Cato modum neque vnũ, neque modicum propoſuit.*

Vbi vineae poſſunt eſſe bono vino, et multo.] Videtur legendũ, *aut multo*, ex Catonis loco, qui habetur tit. 1. Ad quem locũ videnda quae notauimus.

Scrofa, ſcio inquit ſcribere illum.] Addendum videtur, *ita*, vt ſit: *Scio, inquit, ita ſcribere illum.*

Campos Roſiae Italiae dixit eſſe ſumen.] Feſtus. *Roſea in agro Reatino campus appellatur, quòd in eo arua rore humida ſemper ferent.* Plin. li. 17. c. 4.

C. VIII.

Quarum nomina duo.] Videtur legendum: *Ridicarum nomina duo.* & paulò poſt: *queis tranſuerſa innguntur iuga.*

Tertium iunceta.] v. c. habet, *vimineta*, nõ, *iunceta.*

Cum fundo pertuſo.] Particula, *cum*, abundat.

Sub eam ſubijciũtur circiter bipedales è ſurculis furcillae.] Ita hic locus videtur legendus. nam verba illa, *vbi naſcitur vua*, ſunt expoſitoris gloſſae. item illa paulò poſt, *vindemia facta.* & legendum, *palma*, non, *palmam.*

C. IX.

Et cetera eius generis ſunt in nominando comprehenſa.] Videndum an voces, *in nominando*, ſint inducendae: & item illae: *in qua ſeri quid poteſt*

& na-

& naſci. paulò poſt legendum: *quàm in illa communi, propter admixtiones etenim cũ ſint diſſimilia ac poteſtate &c.*

Et ſic ab alijs generum diſcriminibus mixta] Vox *mixta*, videtur abundare. & deinde legendũ: *ita genera haec, & praeterea ſubtiliora ſunt, nam minimum in ſingulis facies terna &c.* Subtiliora autẽ dixit pro minutiora, & magis particularia. ſic ſupra ſub finem cap. 5.

Itaq. periti in loco humidiore far adoreum potius ſerunt.] Plin. li. 18. c. 17. *In loco humili far adoreum potius quàm triticum ſerunt; temperato & triticũ & ordeum.* Sed ex hoc Varronis loco, & item alio Columellae ex li. 2. c. 6. legendum, *humido*, nõ, *humili* apud Pliniũ. Colum. *Triticũ ſicco loco melius coaleſcit, adoreũ minus infeſtatur humore.*

Quò ad culturam pinguis fecundior ad multa.] Videtur legendum: *quòd pinguis fecundior ad multa.*

Itaque in Veijs.] Fortaſſe legendum, *in ea*: nam in libris manuſcriptis hoc verbum corruptum eſt. de Pupinia, conſtat ex Colum. li. 1. c. 4. exilem terram fuiſſe & peſtilentem. Feſtus in Pupinia, licet locus mutilatus ſit, videtur tamen indicare, fuiſſe Pupiniam propè Tuſculum vrbem.

Quod propius accedit.] Videtur legendum, *quò propius &c.*

Quàm ſi inclinauerit ad illud.] Theophraſt. li. 2. de cauſ. c. 6. οὐ μὴν ἀλλ᾽ αὐτῶν γε τούτων ἡ πρὸς θάτερον μέρος ἀποκλίνουσα, τῆς ἐναντιώσεως κρείττων.

C. X.

Iugum vocant, quod iuncti boues uno die exarare poſſunt.] Plin. lib. 18. c. 13. *Iugerum uocabatur, quod vno*

vno iugo boum in die exarari poſſet &c. Sed ibi legendũ *iugum*, non *iugerum*, vt apparet ex hoc loco Varronis.

Is modus, acmina Latine appellatur.] Colum. lib. 5. c. 1. *Sed hunc actum prouinciae Beticae ruſtici agnam uocant*, ſiue vt eſt in v. c. *acnam*, g in c mutato ἀρχαϊκῶς. ex quo loco legendum hic apud Varronem: *Is modus acna latinè appellatur.*

Dicunt in ſubciſiuum eſſe vnciam agri, aut ſextantẽ.] Varro li. 4. de lingua lat. *Romani multa duodenario numero finierunt, & illud quidquid erat ita finitum, as appellarunt; vnde factum eſt, vt iugerũ as appellaretur, & in totidem partes diuideretur &c.* In diuiſionibus autem agrorum cum iugerum non poterat expleri, ſed relinquebatur, aut duodecima agri pars, aut ſexta, tunc dicebatur in ſubſiciuo eſſe aut vncia, aut ſextans.

Cum ad iugerum non peruenerunt.] Ita videtur legẽdum, cum in libris vulgatis deſit particula *non*. Siculus Flaccus de limitib. agrorũ. *Qua cõparatione facta, quantò minus fuerit, quàm centuriae modus eſſe debet, ſubciſiuum vocatur.* Frontinus. *Subſiciuorum genera ſunt duo, vnum quod in extremis aſſignatorum finium centuria expleri non potuit, &c.* ex quibus verbis apparet legendum hic apud Varronem: *cum ad iugerum non peruenerunt*. nam cum ſiue cẽturia, ſiue iugerum expleri non poterat, ea pars agri quae reſtabat, ſubciſiua dicebatur.

Quantum as antiquus noſter ante bellum Punicũ pẽdebat. Bina iugera &c.] Ita hic locus corrigendus, & interpungendus. Feſtus. *Sextantarij aſſes in vſu eſſe coeperũt ex eo tempore, quo propter*

bellum

bellum Punicum ſecundum, quod cum Hannibale geſtũ eſt, decreuerunt Patres, vt ex aſſibus, qui tũc erant librarij, fierent ſextantarij &c. idẽ in Graue aes. *Graue aes,* inquit, *dictũ à põdere, quia aſſes ſinguli pondo libras efficiebant. Sed bello Punico P. R. preſſus aere alieno, ſingulis aſſibus librarijs ſenos fecit, qui tantundẽ valerent.* & Pli.li.33.c.3. *Librae autem pondus aeris imminutum bello Punico primo, cũ impenſis Reſp. non ſufficeret, conſtitutumq́, vt aſſes ſextantario pondere ferirentur. ita quinque partes factae lucri, diſſolutũq́, aes alienum &c.* Ex quibus locis apparet hic ita legendum: *Id habet ſcrupula* CCLXXXVIII, *quãtum as antiquus noſter ante bellum Punicũ pendebat &c.* As enim ante bellum Punicum integram librã, hoc eſt vncias XII, ſiue ſcrupula CCLXXXVIII, pendebat. poſtea Hannibale vrgente, ſextantalis eſt factus, demum vncialis, & ſemuncialis poſtremò. Igitur cum olim as penderet ſcrupula CCLXXXVIII, conſequens erat, vt iugerũ, quod aſsis loco erat, in totidem ſcrupula diuideretur.

Bina iugera, quòd à Romulo primum diuiſa dicebantur viritim.] Ita citat hunc locũ Nonius in Heredium. Feſtus: *Centuriatus ager in diuerſa iugera definitus, quia Romulus centenis ciuibus ducẽta iugera agri diſtribuit.* Cicero li.2.de rep. apud Nonium: *Ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, diuiſit viritim ciuibus.* Siculus Flaccus: *Centurijs vocabulum datum ex eo eſt, cùm antiqui Romani agrum ex hoſte captum victori populo per bina iugera partiti ſunt, centenis hominibus ducenta iugera dederunt, & ex hoc facto, centuria iuſtè appellata eſt.* Plin.lib.18.c.2. *Bina tunc*

iugera

iugera P. R. *ſatis erant, nulliq́; maiorem modum attribuit.* & lib. 19. c. 4. *In xij. tabulis legum noſtrarum nuſquam nominatur villa; ſemper ſignificatione ea hortus, in horti verò, heredium.* Videndus Feſtus in *Heredium.*

C. XI.

De modo fundi, non animaduerſo.] Vidétur voces, *nō animaduerſo*, adiectae ab expoſitoribus. Videndus Vitruuius li. 6. c. 9. Col. li. 1. c. 4. Pli. li. 18. c. 6.

Licinius.] In vv. cc. eſt tantum littera L. quae videtur irrepſiſſe ex margine. fuiſſe autem notam quandam apud Latinos, docti viri exiſtimant, qua loci inſigniores & laude digni indicarentur, vt apud Graecos ω, ſuperpoſita littera ρ, hoc eſt, ὡραῖον.

Ampliora vt horrea.] Videtur legendum immutatis dictionibus, *vt horrea ampliora*. & paulò poſt, vbi eſt, *vt intra ſaepta villae habeat aquam*, vox, *villae*, gloſſema eſſe videtur.

C. XII.

Vbi paſtiones ſunt latae.] *Laxae*, videtur legendum ex Colum. lib. 1. c. 5.

Curandum ne aduerſus eurum ponas.] Vox, *eurum*, videtur corrupta, & pro ea, reponendum fortaſſe, verbum, *curſum*: nam ſupra dixerat: *ſi cogare ſecundum flumen aedificare &c.*

Et quòd areſcunt, & quòd in ijs creſcunt animalia quaedam minuta.] Suſpicamur hic adiecta fuiſſe nonnulla ab eo, qui locum explicare pluribus verbis voluerit, cùm Varro fortaſſe ſcripſerit tantum: *& quòd in ijs aleſcunt animalia quædam minuta*. nam ex *aleſcunt*, videtur factum *areſcunt*, & deinde additum, *creſcunt*. adiuuat noſtram

ſtram coniecturam Colum. li.1.c.5.

In villa faciunda ſunt ſtabula, ita vt bubilia ſint, vbi hieme poſſint eſſe caldiora.] Vitruuius lib.6.c.9. *In cohorte culina quàm calidiſſimo loco deſignetur. coniuncta autem habeat bubilia, quorum præſepia ad focum, & orientis caeli regionem ſpectēt, ideo quòd boues lumen & ignem ſpectando, horridi non fiunt.*

C. XIII.

Fructus vt eſt vinum, & oleum loco plano in cellis.] Videtur hic locus ita legendus ex Colu.li.6.1.c. *Fructibus humidis, vt eſt vinum & oleum in loco plano cellas potius faciendum; aridis, vt eſt faba, lentes, ordeum, far, & foenū, in tabulatis &c.*

In primis culina videnda vt ſit admota.] Exiſtimamus potius legi debere: ***imprimis culina uidendum, ut ſit ad modum apta:*** nam infra in hoc ipſo capite dixit: ***Cellam uinariam & oleariam ad modum agri aptam.*** Colu.li.1.c.6. ***At in ruſtica parte, magna & alta culina ponetur, vt & contignatio careat incendij periculo, & in ea commodè familiares omni tempore anni morari queant.***

Intra clauſum.] Haec verba fortaſſe abūdant: nam ſequitur, ***in conſaepto***, quod περίβολον Gloſſarium interpretatur.

Vna ut interius compluuium habeat lacum.] Videtur legendum: ***vna interior in compluuio habeat lacū, ubi aqua ſaliat, quae intra Stylobatas cū uenit etc.***

Nec minus & à pabulo dum redeunt anſeres, ſues, porci. Nonius in Cortes ſic citat. ***Nec minus & à pabulo cum redierint anſeres, ſues, porci, in corte exteriori.***

Idem cum ſtacuit.] Ita vv. cc. ſed codex Victorij,

&ite

& item alius habet. *quod enim, quàm recens, quod confracuit melius*. & fortaſſe legendum ita: *quòd eſt quàm recens, quod confracuit melius*. Fraceſcere Nonius exponit putrefieri, & ipſe Varro hoc libro cap. 55. eo verbo vt hoc ſignificaret, vſus eſt.

Quidam & ſellas familiares.] Videtur legendum, *cellas*. nam ita eſt in v.v.c.c. apud Catonem tit. 14. vbi dixit, *cellas familiae*, hoc eſt, latrinas. Vitruuius li. 6. c. 10. *Circum autem in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam & cellae familiaricae conſtituuntur &c.* nec aliter legitur in manuſcriptis Vitruuij codicibus. poteſt tamen & *ſellas*, retineri. nam Martialis, *ſellas ante petit &c.* & Alij.

Propter aedificia.] Haec verba videntur adiecta. & paulò poſt ita legendum: *Itaque illorum villae ruſticae erant maiores, quàm vrbanae, quae nunc ſunt pleraeque contra. illic laudabatur &c.* citat hunc locum Nonius in Praeſepia, ſed corruptiſsimè.

Peſsimo publico] Ita planè locutus eſt Liuius li. 2. *Neque ambigitur quin Brutus idem, qui tantũ gloriae Superbo exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit.*

Aut olearia feneſtras haberet.] Videndum an potius pro *haberet*, ſit legendum *habeat*. quae verò ſequuntur, ita putamus legi debere: *Cum fructus in ea quaerat, vt ad dolia aera frigidiorẽ, ita ad ſerias caldiorem*. adiuuat coniecturam ſcriptura veteris libri, in quo eſt, *ad dolia*. Vox autem *vinarius*, ſine dubio adiecta eſt. non enim de vino ſolũ, ſed etiam de oleo Varro hic agit.

Vox

Vox item, *olearia*, gloſſema eſt.

C. XIV.

Primum naturale ſaepimentum viuae ſaepis.] ita legendum, dictionibus, *viuae ſaepis* quae infra habentur, in locum, vnde motae ſunt, reſtitutis. Quae verò ſequuntur, ſimilia ſunt illis, quae leguntur apud Tacitum li. 29. *Faces in manibus, quas vbi praedas egeſſerant, in vacuas domos, & inania templa per laſciuiam iaculabantur &c.* Noctu enim praelucente face iter agebant. Suetonius in Auguſt. *Per nocturnum iter lecticam cum fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq́; praelucentem exanimaſſet.*

Deinceps conſtitutis.] Haec verba videntur adiecta ab expoſitoribus. & paulò poſt legendum: *Sed foſſa ita idonea, ſi omnem aquam &c.*

Agger, ſi intrinſecus ita arduus ſit &c.] Ita videtur legendum. nam ſententia pendet ab illis verbis: *Sed foſſa ita idonea fiat, ſi omnem aquam &c. Agger ita idoneus, ſi intrinſecus,* ſeu potius, *extrinſecus*. pro eo verò quod ſequitur: *Quartum fabrile ſaepimentum, maceria &c.* videtur potius legendum: *Notiſſimum ſaepimentum eſt maceria.*

C. XV.

Praeterea ſine ſaeptis fines praedij ſationibus notis arborum tutiores fiunt, ne familiae rixentur cum vicinis] Nonius in Rixat, citat hunc locum, & pro, *rixentur*, legit, *rixent*. Hor. epiſt. 10. lib. 1. *Certis limitibus vicina refugit iurgia.* & fortaſſe quae ſequuntur ita legenda: *ac ex limitibus iudicem quaerunt*, vel, *ac lites ex litibus iudicem quaerunt*. Voces, *praedij ſationibus*, omnino abundant.

Ac colit

Ac colit aliquot corbulas vuarũ.] v.c. habet, *cogit* non, *colit*. & ita infra Varro locutus eſt, cum dixit: *excelſius hic, quàm illic coguntur.* Videndus Nonius.

De fundi forma, terrae natura, de modo agri, de finibus tuendis.] Videntur haec verba ab expoſitoribus primum adiecta eſſe, deinde in textum à librarijs recepta.

C. XVI.

Propè Celiem.] Fortaſſe legendum, *Caralim*, quae ciuitas eſt Sardiniae.

Quae vicinitatis inuectos.] Legendum *inuectus*. & paulò poſt: *& illinc auectus opportunos ad ea, quae in fundo opus ſunt, propterea ſunt fructuoſa.* nec enim placet eorum coniectura, qui putant legendum: *in fundo ſuperſunt:* licet infra dixerit: *quae ſuperſint venire poſſint.*

Multi enim habent praedia.] Videtur legendum *in praedijs:* & ſic infra Varro locutus eſt.

Item, ſi ea oppida aut viciniae. Videtur legendum: *aut vici.* ſic infra. *oppida, aut vici.* Vox *quibuſdã*, quae paulò poſt irrepſit ante verbum *pedamenta*, videtur tollenda.

Latifundij diuites.] Eodem modo dixit Horatius ep.2. li.2. *Multarum diuitem artium:* & Carm. li.4. ode 8. *Diuitem ſcilicet artium.*

Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas. Latifundij vero diuites dicit eos, qui magna latifundia habent. Hi enim ex domeſticis habent ſeruos medicos, fullones, fabros, quos imperãt, *ſtipẽdio* annuo conſtituto: ob quod annuum ſtipendium anniuerſarios eos Varro fortaſſe appellauit.

Praeter villicum & patronum.] Videtur legẽdum:

promum non *patronum*. nam ea vox ab hoc loco penitus eſt aliena.

Sed etiam fugiant, vt introrſum in fundum ſe reclinent, vt vitis adſita ad olus facere ſolet.] Videtur legendum. *Sed etiam fugiant, & introrſum reclinẽt, vt vitis &c.* nam voces *in fundũ*, ſine dubio ab expoſitoribus adiectae sũt. Olus autẽ braſsicã appellauit Varro κατ᾽ ἐξοχήν, quo verbo vſus eſt Plinius in vertendis illis ex Dioſcorid. lib. 3. c. 167. ἄνθος κράμβῃ ἐοικός, *flore oleris* lib. 27. cap. 4. & κράμβην θαλασσίαν, *olus maritimum* vertit lib. 29. cap. 4. κυρίως tamen olera Graeci appellant τὰ λάχανα. Vnde illud Graeci poetae in Epigrammate: τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; Latinus vertit, *Hoc ego propter olus?*

Vt quercus, ſi iuglandes magnae, crebrae finitimae, fundi oram faciunt ſterilem.] Videtur legendum: *Sic iuglandes magnae, crebrae, finitimae.* nam illa, *fundi oram faciunt ſterilem*, gloſſae ſunt.

C. XVII.

Sine quibus rebus.] vox *rebus*, videtur gloſſema. & item, verba, quae ſequũtur, *partes ſcilicet.* nam Varro ſcripſit, *Alij in tres, in vocale &c.* & ita eſt in vv. cc.

Et ad agriculturam dociles.] Eodẽ modo dixit Cicero lib. 7. ad Trebat. *o medicum ſuauem, meq. docilem ad hanc diſciplinam.*

Et more incolarum è nouitijs requiſito ad priorem dominum quid factitarent.] Videtur legendum: *Et requiſitione ad priorem dominum quid factitarẽt.* vt integra lectio ſit. *Eam coniecturam fieri poſſe*

ex aliarum rerum imperatis, & requiſitione &c. hoc eſt, poteſt coniectura fieri an ad agriculturam ſint dociles, ex imperatis aliarum rerum, & requirendo quid factitarent apud priorem dominum. Nam in v. c. eſt: *et in eo eorum à nouitijs requiſitio*. Alius vero addidit, *more venalium.* Videndus Colum. li 1.

Qui litteris ſint & aliqua humanitate imbuti.] Videtur legendũ: *qui ſint aliqua humanitate imbuti &c.* nam verba, *quàm operarios, quos dixi,* addita ſunt ab expoſitoribus.

Quòd ſcientia praeſtet & vſu.] Voces, *& vſu*, videntur abundare.

Ad inijciendam voluptatem praefecturae.] Videtur legendum: *Ad inijciendam voluntatem praeceptorum, aliquo honore habendi ſunt.* hoc eſt, ſi dominus operarios aliquo honore habuerit, eos ſibi ad imperata obſequentiores habebit. ſic infra: *vt quibus grauius quid ſit imperatum, ſit qui conſolando eorum reſtituat voluntatem.* & ſupra: *praefectos alacriores faciendum praemijs.* Sed cum in v. c. ſit, *ad inijciendam voluptatem praefectorum*, fortaſſe legi poſſet, *ad eliciendam voluntatem praefectorum.*

Et de operarijs qui praeſtabunt aliqui.] Voces, *de operarijs*, expungendae: & verbum *aliqui*, in, *alios*, mutandum. ſic enim eſt in v. c. & ſic Varro alibi locutus eſt apud Nonium in Catone, vel de liberis educandis: *Non ſolum qui primus in alterutra re praeſtat alios, ſed etiam qui ſit ſecundus & tertius.*

Qui conſolando.] videtur deſiderari verbum, *ſit*, vt legatur, *ſit qui conſolando.*

C. XVIII.

Subulcum vnum.] in v.c. ſequitur: *Saliſtarium vnũ.* apud Catonem verò *ſummam mancipiorum* xv. videtur Varro legiſſe infra in hoc ipſo capite.

Licinius.] Rurſus in v.c. pro *Licinius*, poſita eſt, L littera, quae, vt videtur è margine adſcita eſt.

Vti proportione, vt ad maiorem.] Particula, *vt*, abundat. & dictio, *vti*, hoc loco aduerbium eſt, non verbum infinitum.

Atque arduus cliuis.] Fortaſſe rectius legeretur, *arduis cliuis.*

Quod autem ait in centum iugeribus vinearum.] Nonius de numeris & caſibus, citat hunc locum ſine particula, *in*. Chariſius li. 1. *Iugeribus quidã Grammatici ita dicendum putant, quaſi ſit hoc iuger, tanquã hoc tuber. Varro rer. ruſt. li. 1. iugerib. ſaepe dixit, quod vtique deſcẽdit à iuger, vt tuber.*

Vt duos villicos.] v.c. *duo.* & ſic infra. & Virg. *Si duo praeterea tales &c.*

Qui ait ſingula iugera quaternis operis vno operario ad conficiendum ſatis eſſe.] Videtur legendum: *Qui ait ad ſingula iugera quaternas operas ad conficiendum ſatis eſſe.* ſupra in hoc ipſo capite. *Saſerna ſcribit ſatis eſſe ad iugera* VIII. *hominem vnum.* Eſt autem opera, vt ait Plinius, vnius diei labor.

In agro Liguſtico.] vv. cc. *Liguſco*, quod poteſt videri deductum à Liguria, vt Etruſco ab Etruria.

Non aleam.] Hoc eſt ſortem & fortunam. ſupra: *vbi ſalubritas non eſt, cultura non aliud eſt atque alea domini vitae, & rei familiaris periculum.*

Aut minus quàm alij. Videntur haec verba ab expoſitoribus addita fuiſſe.

C. XIX.

Cato in oliuetis CCXL. *iugerum boues ternos*.] Locus Catonis eſt ex titulo x. Idem Cato li. 5. originum. *Sed pro telo trini boues vnum aratrũ ducunt*. Varro interpretatur tria boum iuga.

Vt Saſerna dicat verum, ad centena iugera iugũ opus eſſe, Cato ad octogena.] Ita videtur hic locus legendus.

Alia enim terra facilior, aut difficilior eſt alia. Terram proſcindere.] Locus eſt mendoſus ſine dubio, atque ita interpungendus & emendandus: *Alia enim terra facilior, alia difficilior eſt. Altè terram proſcindere*. Videndus Nonius in Bura.

Aſinum molarium.] Cato tit. x. non habet *molarium*. deinde, *in vinea*, ſcribendum eſt littera grandiori, *In vinea*, ſunt enim ex tit. XI.

Vt ſolent eſſe pecuaria, quae pauca habenda.] In v. c. eſt, *peculiaria*. Totus autem locus ita legendus: *quae ſolent eſſe peculiaria, pauca habenda*. Peculiaria verò dicit, quae ſunt ex peculio ſeruorum. nam ſupra cap. 17. dixit: *vt peculiare aliquid in fundo paſcere liceat*. Hinc peculiarias res dixit Vlpianus pro peculiares: & apud Varronem li. 4. de ling. lat. fortaſſe legendum eſt: *vt peculiares oues aliudue quid*, pro eo, quod vulgo legitur; *peculatoriae*. nam vt ait Feſtus, peculium ſeruorum à pecore dictum eſt. Videndus Varro ſupra cap. 2.

C. XX.

Hos veteranos ex campeſtribus locis emendum, non in dura, ac montana, nec non, ſi ita incidit, vitandum.

dum. *Nouellos &c.*] Colu. lib.6. c.2. *Infeſtatur bos conditione regionis, ſicut ille, qui ex planis & campeſtribus locis in montana & aſpera deductus eſt, vel ex montanis in campeſtria. Itaque etiam cum cogimur ex longinquo boues arceſſere, curandum eſt vt ex ſimilibus patrijs locis traducantur &c.* Ex hoc autem Columellae loco fortaſſe ſic legendũ apud Varronem: *Hos ex campeſtribus locis emendum, non in dura ac montana, nec contra. Nouellos &c.*

Si eorum colla in furcas deſtinata incluſerit.] v. c. *in furcas deſtitutas*, hoc eſt, fixas, & ſtatutas. Gracchus in oratione de legibus promulgatis apud Agel. lib.10. c.3. *Idcirco palus deſtitutus eſt in foro: eòq. adductus ſuae ciuitatis nobiliſſimus homo M. Marius. veſtimenta detracta ſunt, & virgis caeſus eſt.*

Vt in Campania, ibi non bobus grauibus.] Fortaſſe legendum: *vbi non bubus grandibus*. Colum. lib. 2. cap. 2. *Et in hoc à Celſo diſſentio, qui reformidans impẽſam, quae largior eſt in amplioribus armentis, cenſet exiguis vomeribus & bidentalibus terram ſubigere, quò minoris formae bubus adminiſtrari queat &c.* poteſt etiam defendi lectio vulgata ex interpretatione Nonij, qui ait. *Graue, pro, multum & valde. Varro vbi graues paſcantur atque alantur pauonum greges.* Quidam legunt *bubus*, ſine dictione *grandibus*.

Exinde vt pabuli facultas.] Videtur legẽdum: *proinde*, non, *exinde*.

C. XXII.

Vt faceret vaſa olearia inſtructa, iuga quinque.] Cato tit.10. *Vaſa olearia inſtructa iuga v.* & tit.145.

qui id negotiũ curabit, ſi ſexiugis vaſis opus erit, *facito*. Videndus idem Cato tit. 12.

Et quot opus ad multitudinem.] Voces, *ad multitudinem*, videtur adiectae, & paulò poſt, videtur legendũ, *vaſa torcula*, non, *vaſa torcularia*. ita enim eſt apud Catonem tit. 12.

Et ruſticariae decem.] In v. c. legitur, *ruſtariae*. Cato tit. 11. forte, quibus rubi ſecantur. Feſtus, *Ruſtum ex Rubus*.

In vrbe dominum, & ruri villicũ: atq. ea omnia certo ſuo quaeque loco ad villam debent eſſe poſita.] Videtur legendum: *In vrbe dominũ, villicũ cõtrà ea ruri omnia ſuo quaeq. loco poſita &c.* pẽdet enim oratio ab eo, quod ſupra dixit, *oportet habere*.

Vt ſint in conſpectu, oportet.] Verbum, *oportet*, videtur abundare.

C. XXIII.

Et quoniam.] particula, *&*, abundat.

Praeter cicer.] Ex hoc loco Varronis corrigendus Plinius li. 18. c. 17. vbi ſic ſcribit. *Subtilis eſt illa ſententia, ferenda ea in tenuiore terra, quae non multo indigent ſucco, vt cytiſus & cicer, exceptis legum, inibus quae velluntur è terra, non ſubſecantur, vnde legumina appellata, quia ita legantur &c.* Sed legendum. *vt cytiſus, & cicere excepto, legumina quae vellũtur è terra.* Theophraſt. li. 3. c. 26. de cauſ. plant. *αἱ μὲν γὰρ ἐλάττονος καὶ κουφοτέρας δέονται τροφῆς, αἱ δὲ πλειόνος καὶ σωματωδεςέρας.* ex quibus verbis apparet apud Plinium legendum, *cibo*, non, *ſucco*.

Quae ſucci ſunt maioris.] In v. c. eſt, *ibi* pro verbo, *ſucci*, vt videatur legendum, *cibi*. Plin. lib. 18. cap. 17. *In pingui autem, quae cibi ſunt maioris,*

vt olus, triticum, ſiligo, linum &c. hoc eſt, quae plus ſucci & alimenti trahunt è terra.

Cum necdum ſiliculam cepit.] Fortaſſe legendum: *ſiliculam incepit*, vel, *ſiliquare cepit.* Plin. lib. 17. c. 9. *Inter omnes autem conſtat nihil eſſe vtilius lupini ſegete, priuſquam ſiliquetur, aratro vel bidentibus verſa &c.* Videndus Varro in hoc ipſo libro cap. 31.

Ibi fabam potiſſimum ſeras.] Videtur legendum: *vbi fabam &c.* nam pendet ſententia ab illis verbis; *idoneus &c.* paulò poſt totus hic locus ſic videtur legendus: *Item alia, quae arida loca ſequuntur; ſic vt vmbroſis locis alia feras, vt corrudam: quod ita petit aſparagus: & apricis, vt ibi feras violam; & hortos facias, quòd à ſole nutricantur.*

Vnde viendo.] Nonius citat hunc locum in *viere*, & legit, vt in veteribus codicibus habetur: ex quibus aliqui habent, *qualos*, non, *vallos*. videndus Feſtus in *viere*.

Deſitis ſeminibus.] Non eſt cauſa, cur haec lectio mutanda ſit: poſſet tamen legi, *diſſitis*.

Cato non male quod ſcribit de ſationibus.] Voces, *de ſationibus*, adiectae ſunt ab expoſitoribus. locus Catonis eſt ex tit. 16. quē citat Plin. li. 18. c. 17. his verbis: *Catonis haec ſentētia eſt, in agro craſſo & laeto frumentum ſeri &c.*

CAP. XXIV.

Oleam conditaneam.] Cato tit. 6. habet *conditiuam*, & ita legit Plin. li. 15. c. 5. ſed Nonius, *Conditaneam* legit, vt hic, & interpretatur, quae condi vel condiri poſsit, hoc adducto Varronis loco.

Colminiam.] Cato tit. 6. habet *Colminianam*, vt Pli,

lib.15.c.5.

Niſi qui in ventum Fauonium ſpectet.] Plin. lib. 15. c.5. *Spectare olueta in Fauonium loco expoſito ſolibus cenſet. Cap.* VI. *nec vllo alio modo laudat condi oliuas optime orchites & pauſias, quàm vel virides in muria, vel fractas in lentiſco &c.* Videtur autem apud Plinium tollenda verba *cap.* VI. quae adiecta ſunt ab eo, qui indicare voluit poſterius membrum; *condi oliuas optime orchites*, eſſe ex tit. 7.

Ibi oleam Licinianam ſeri oportere.] V. C. *oportet.* Plinius li. 15. c.3. legit *Liciniam.*

Vnde frons ouibus.] Nonius *in Frons.* Chariſ. li. 1. *Fros ſine littera, n, ne faciat inquit Plin. frontis,* & citat hunc locum Varronis. & li. 15. *Antiqui Romani fros, foenum, meſſis.*

Aptam eſſe vtrique eandem ferè culturam.] Videtur legendum; *Apta eſſe vtrique eadem.*

CAP. XXV.

Caeteras vites, & de his miſcellas.] Voces, *& de his*, videntur abundare, nec ſunt apud Catonem tit.6. nec Plin. lib. 14.c.4.

CAP. XXVI.

In omni vinea diligenter obſeruant, vt ridica vitis ad Septentrionem verſus figatur.] Videtur legẽdum *obſeruatur.* & pro *figatur*, in V. C. legitur, *tegatur.* eſt autem *ridica*, ſextus caſus, paulò poſt vbi habetur, *veniat huc*, videtur legendum ſine, *huc.*

Fiſcinas expediet, ac vrnam.] Fiſcinis vuae ex vinea in torcular portantur & oleae. vrnis verò ex torculari & lacu in dolia. Verũ priuſquã de fructib. agat, quartũ actũ, hoc eſt, de tẽporib. finit.

C. XXVII.

Sius curſus annalis.] Vox, *annalis*, videtur abundare. & paulò poſt, pro, *ſtationes*, in v.c. eſt, *ſationes*, & ita infra cap. 19.

Et ſimul cauis ab ſole percalefactis &c.] Totus hic locus ita videtur legendus. *Et ſimul glebis* (nam ità eſt in v.c.) *ab ſole percalefactis*, vel, *glebas ab ſole percalefactas aptiores fieri ad accipiendum imbrem, & ad opus faciliores reddi. Neque eam minus bis &c.* nam praecedũt illa: *terrã proſcindere oportet.* Plin. lib. 6. c. 26. *Terra in futurum proſcinditur, Virgilio maximè auctore, vt glebas ſol coquat.*

Secundum terram oportere.] Verbum, *oportere*, vel inducendum, vel pro eo reponendum, *opportunè*. nam ſic ſupra habetur:

Aeſtate fieri meſſes oportere.] Hic quoq. abundat illud, *oportere*. Cicero li. 4. de Rep. *Cumque Autũno terras ad concipiendas fruges patefecerit: hieme ad conficiendas compreſſerit: vere ad effundendas relaxauerit: Aeſtate alia maturitate mitigauerit, alia torruerit.*

C. XXVIII.

Noualis, vbi ſatum fuit antè, quàm ſecunda aratione renouetur rurſum. Terram cum primũ arant &c.] Ità emendandus hic locus, interpungendusq. nã ſupra dixit. *Terram proſcindere oportet &c.*

Cum iteratur, offringere vocant.] Videtur haec verba ex margine adſcita. & paulò poſt legendum: *Tertiò cum arant iacto ſemine, lirare dicunt.* & ſupra: *appellant, vocant.* Pli. li. 18. c. 20. *Sato ſemine iteratio ſequitur. haec quoq. vbi cõſuetudo patitur, crate vel tabella aratro adnexa, quod vocatur lirare*

rare, vnde primum appellata deliratio eſt. Lucilius apud Nonium.

Quapropter deliro, et cupide officio fungor boucrũ.

Qua aratrũ vomere lacunam fecit.] *Striam* v.c. habet, pro, *lacunam*. Nonius in *Porcae* citat hunc locũ, ſed corrupte. Stria verò canalis eſt ſeu foſſa, quales in ſtriatis columnis videntur. cuius vocis expoſitio eſt, verbũ *lacuna*. Vidẽdus Vitruu.

Quòd ea ſeges frumentum porrigit.] Seges pro terra poſitũ eſt, & ſic exponit Nonius. Hor. ep. 2. li. 1.

Haec ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.

Porricit autem legendum eſſe docet Macrob. li. 3. c. 2. Feſtus. *Porcas, quae inter duos ſulcos fiunt, ait Varro dici, quòd porrigant frumentũ*. Sed idẽ aliud etymon affert, cum ait. *Porcae appellãtur rari ſulci, qui ducũtur aquae deriuandae cauſa; dicti, quòd porcant, ideſt, prohibent aquã frumentis nocere. nam crebriores ſulci vocãtur limi, vel potius, lirae.* Sed Colum. li. 11. c. 2. *liras ruſtici vocant eaſdẽ porcas, cum ſic aratũ eſt, vt inter duos latius diſtãtes ſulcos medius cumulus ſiccam ſedẽ frumẽtis praebeat.* Alfenus in L. 24. D. de aqua arcen. *Vicinus loci ſuperioris ita arabat, vt per ſulcos itemque porcas aqua ad inferiorem veniret.* Has Graeci ἕλικας appellant. Feſtus in *Helices*.

C. XXX.

Segetes runcari.] Sequitur in vulgatis libris, *herbam ex ſegetibus expurgari*. quae verba gloſſae ſunt expoſitorum. itaque in vv. cc. additur, *ideſt*, ante verbum, *herbam*. Plin. lib. 18. cap. 21 & 18. *Poſtea pauci runcant, quod botaniſmon ſeu βοτανίζειν vocant*. Theophraſt. ἀπολίλλειν τὴν βοτάνην dixit.

Boues terram proſcindere.] Vox, *boues*, abundat, & legendum, *proſcindi*. item paulò poſt: *feri oportuerat*, pro eo, quod eſt in vulgatis, *fieri oportuerat*. inducendae autem videntur voces, *de arboribus*. & *feri* ſcribendum, non, *fiant*.

CAP. XXXI.

Et poſtea occare, id eſt, comminuere, ne ſit gleba.] Nonius: *Occationem ab obcaecatis ſeminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de Senectute. Terra cum gremio mollito atque ſubacto ſparſum ſemen excepit, primum id occaecatum cohibet. ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata eſt.* Serenus apud eundem Nonium: *Occatio, occaecatio eſt.* Videndus Feſtus in *Occare*, vbi citat locum Ciceronis de Senect. Colu. li. 11. c. 2.

Nam id, quàm putare maius.] Colu. li. 4. c. 27. *Nam id plurimum refert non inſcitè facere. Siquidem vel magis pampinatio, quàm putatio vitibus conſulit.* Videndus Nonius *in Caulem*, licet corruptiſsimè citet.

Vt firmiore ſarmento è terra exeat.] Voces *è terra*, videntur adiectae.

Emucidum.] ita legit Plin. lib. 17. cap. 22. Alij legũt, *eiuncidum*. Colum. libro 4. cap. 6. habet, *emacientur*.

Maiorem etiam.] Totus hic locus ita videtur rectè legi poſſe: *Maiorem, & vnde vuae naſcuntur, palmam. prior, littera vna mutata, declinata à venti flatu poſterior, quod ea ſummittitur ad vuas pariundas dicta primò videtur, & à pariendo parilema, exin minutis litteris, vt in multis, dici coepta palma. Ea &c.* Varro lib. 3. de ling. Lat. *Ariſtophanes & Apollodorus, qui verba ex verbis*

bis ita declinari ſcribūt, vt verba litteris, alia aſſumant, alia amittant, alia commutent &c. In hoc autem nomine potius litterae amiſſae & immi- nutae ſunt, quàm commutatae.

Is enim vites vt teneat &c.] Fortaſſe legendū: *Is. n. vites, vt teneat, quòd ſerpit ad locum capiendum, capreolus dictus.* Feſtus in *Capreoli*.

Id genus pabuli sūt ſegetes virides ſectae antè, quàm gerat ſiliquas, ſiue, *genat*, vt eſt in v.c. Plin. lib. 18. c. 16. in v.c. *Id erat è pabuli ſegete viride deſectum, antequàm gelaret*. fortè, *ſiliquaret*, vel, *genicularet*. nam ita loquitur Plinius alibi, pro, *ſiliquas generaret*.

Contra, ex ſegete, vbi ſata admixta.] Vox, *ſata*, gloſſema eſt. paulò poſt, legendum *farracea*, non *faracia*.

Quibus ſurſum uorſum.] v. c. *Quibus cum ſurſum uorſum &c.* fortè legendum: *Quibus cum ſurſum vorſum ſerpit, & ad ſcapum aliudue quid adhaeret, id ſolet vincire &c.* paulò poſt, pro, *potu*, Nonius alibi legit *potui*, cùm tamen in *poma* citet, *potu*.

C. XXXII.

Quod frumētum dicunt quindecim diebus &c. quòd ſit maturum &c.] ita eſt in v.c. & ita citat Plin. lib. 18. cap. 17. *Varro quaternouenis diebus fruges abſolui tradit, & menſe nono meti*. Sed videtur apud Plinium, *quadragenis quinis diebus*, ex hoc loco Varronis legendum eſſe. Theophr. li. 8. c. 3. μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν, ἁδρύνονται πυρὸς μὲν καὶ κριθὴ τεσαρακονταῖα μάλιστα &c.

C. XXXIII.

Aratro offringi.] In v.c. eſt: *arata offringi*.

Vt

C. XXXIV.

Vt ante brumā ſata, ſeptimo die, quae à bruma ſata.] Plin. li. 18. c. 24. *Inter omnes autem conuenit circa brumam ſerendum non eſſe, magno argumento, quoniam hiberna ſemina, cū ante brumam ſata ſint, ſeptimo die erumpant: ſi poſt brumam, vix quadrageſimo.* Sed legendum apud Plinium videtur: *citra brumam ſerendum non eſſe, magno argumento, quoniam ſemina &c.* Colu. li. 2. c. 8. *Ceterum locis vliginoſis plerumque citra Cal. Octobris ſeminare conuenit.*

C. XXXV.

Haec fieri oportere dicunt.] Verbum, *dicunt*, videtur additū ab expoſitore, nam in v. c. nō legitur.

C. XXXVI.

Antelucano tempore hiberno.] Vox, *hiberno*, videtur abundare. deinde, in v. c. legitur: *quae dixi ſcripta, & propoſita habere in villa &c.* pro eo quod in vulgatis eſt, *poſita*. Plin. li. 35. *Perfecta opera proponebant in virgula tranſeūtibus.* Cicero. *Scriptae enim & datae ſunt, vt proponantur in publico.* Eodem verbo vtitur Lex Seruilia in fragmentis.

C. XXXVII.

Bipartiti.] Videtur legendum, *quadripartiti*. quae lectio confirmatur loco inferiore.

Et inde rurſus ad nouam lunam decreſcit.] Videtur legendum. *Et inde rurſus decreſcit, quoad veniat ad intermenſtruam, quo die &c.* Plin. lib. 18. c. 32. *Maximè autem intermenſtrua mediaq. ſtercorato.* Cato tit. 37. *Stercus egerito, niſi intermenſtrua, lunaq. dimidiata.* Videndus Plin. li. 15. c. 39. Luna autem intermenſtrua dicitur, non dies.

Quo

Quo die dicitur eſſe extrema, & prima, à quo Athenis eam diem appellant ἕνην καὶ νέαν.] ita videtur hic locus legendus, deletis verbis *Luna*, & Τριακάδος, quae ex margine irrepſerunt. Varro de ling. Lat. li. 5. *Luna quòd Graece olim dicta μήνη, vnde illorũ μῆνες: ab eo noſtri, menſes à mẽſibus. Intermenſtrua dicta, quòd putabant inter menſis ſeneſcentis extremos dies & nouam lunã eſſe diẽ, quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarũt, ab eo quòd ea die poteſt videri extrema & prima luna.* Sic eſt legẽdus, vt videtur, locus Varronis.

Ne decreſcente luna tondens caluefiam.] Videtur legendum, *vt decreſcente &c.* Plin. li. 16. c. 39. *Tiberius idem & in capillo tondendo ſeruauit interlunia. M. Varro aduerſus defluuia praecepit obſeruandum, id* (ideſt tondere) *à pleniluniis.*

Nunquam rure audiſti, inquit, octauo Ianam lunam creſcentem, & contra ſeneſcentem, & quae creſcente luna fieri oporteat, tamen melius fieri poſt octauo Ianam lunam. Et ſi quae &c.] Ita videtur legendus hic locus, ceteris verbis expũctis, quae intruſa ſunt incuria librariorum.

At in praeparando, ſcrobes faciẽdi.] v. c. *In praeparando ad alia, ſcrobes faciendi.* locus autẽ Theophraſti, qui citatur, eſt ex libro 1. de hiſt. plant. c. 40. Plin. li. 12. c. 1. *Celebratae ſunt primum in ambulatione Academiae Athenis cubitorum triginta ſex unius radice ramos antecedente.* Sed ex hoc Varronis loco legẽdum apud Plinium, *Lycei*, non *Academiae*: & *trigintatriũ unius radice ramos agente.* Cicero Acad. li. 1. *Qui erant cum Ariſtotele Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabãt inambulantes in Lycio: Illi autem qui Platonis*

inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium &c.

Quaedam ſi bubus.] Videtur legendum: *Ad quaedam ſi bubus & aratro proſcideris, iterãdum antè, quàm ſemen iactes. Item praeparatio ſi qua fit in pratis, ea eſt, ut defendantur, quod ferè &c.* Verba verò, *à paſsione*, abundant. ſupra cap. 30. *Salicem caedi, prata defendi.* Cato tit. 50. *Cũ prata defendes.*

C. XXXVIII.

De hiſce praeſtare colũbinum.] Auctor Gaeopon. lib. 2. c. 19. ἐστὶ δὲ κόπρος μὲν καλὴ ἡ τῶν πτηνῶν ἁπάντων, πλὴν τῶν χηνῶν καὶ τῶν ἐνύδρων ὀρνέων διὰ τὴν ὑγρότητα. πολὺ δὲ καλλίων ἡ τῶν περιστερῶν, πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα. διὸ τινὲς μὴ σκιδάζοντες αὐτὴν, ἀλλ᾽ ὁποία ἐστὶν ἐῶντες, σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιρρίπτουσιν.

Ego arbitror praeſtare ex auiarijs turdorum.] Plin. li. 17. c. 9. *M. Varro principatum dat turdorum ſimo ex auiarijs: quòd etiam pabulo boum ſuumq́; magnificat: neque alio cibo celerius pingueſcere aſſeuerat.*

Si caueat dominus.] v. c. *Si cauetur ſtercus &c.*

Tertio caprinum & ouillum.] In Gaeopon. Τρίτη ἡ ὀνεία γονιμωτάτη τῇ φύσει οὖσα, καὶ πᾶσι τοῖς φυτοῖς μάλιστα χρησιμωτέρα. τετάρτη ἡ τῶν αἰγῶν καὶ ἡ τῶν προβάτων ἑξῆς. Plin. li. 17. c. 9. *Proximũ deinde caprarum eſt, ab hoc ouiũ deinde boum, nouiſſimum iumẽtorum &c.* Fortaſſe autem apud Varronem ex his locis legẽdum erit: *Tertio aſininum, tum caprinum, dein ouillum.* Nec enim veriſimile eſt, Varronem ea omnia, ac ſi paria eſſent, poſuiſſe.

Minime

Minimè bonũ equinum] Plin. li.17.c.9. *Varro praeceptis adijcit, equino, quòd ſit leuiſſimum, ſegetes alendas, prata verò grauiore, & quòd ex ordeo fiat, multaſq; gignat herbas.*

In eo ſi in medio robuſtea aliqua materia ſit depacta.] Legendum videtur ſine particula *in*: *In eo ſi medio &c.* Colu. lib.2. c.15. *Sed eodem medio loco robuſtam materiam defigere conuenit.*

C. XXXIX.

Nam refert in agro.] Videtur deſiderari particula, *vt*, legendumq.: *Nam refert vt in agro ad quam partem &c. Sic ad quod tempus &c.*

Quae non transferuntur è terra in terrã.] v.c. *Quae transferuntur è terra in terrã, viuas radices. quae ex arboribus dempta, demittũtur in humum. quae inſeruntur ex arboribus in arbores &c.* Fortè legendum: *Quae primigenia; quae transferuntur è terra in terram; quae ex arboribus; & quae inſeruntur &c.* alioquin deerit quarta totius diuiſionis pars. Cetera ſunt adiecta.

CAP. XL.

Et ſi aqua, quae fluit, & in agrum inferre ſolet.] Videtur legendum: *et aquam, quom pluit, inferre ſolet.* Theophr. li.3.c.2. de hiſt. plant. Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα, καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά. & poſt. ἐπόμβρια καταφέρει πολλὰ τῶν σπερμάτων.

Ad agricolas.] Haec verba videntur adiecta ab expoſitoribus. & paulò poſt, pro, *ad oriendum*, in v.c. eſt, *ad cernendum*.

Non enim galbuli, qui naſcuntur, id ſemen; ſed in his intus. Primigenia &c.] Ita legendum, interpungen-

pungendumq. nam verba, *tanquam pilae parvae corticiae*, ſunt additae exēpli cauſa. Theophraſt.li. 1.c.5. de cauſ. καὶ δυσόρατα καὶ μικρὰ τῶν δένδρων ἔνια σπέρματα τυγχάνει, καθάπερ τοῦ κυπαρίττου· ταύτης ὁ καρπὸς οὐχ ὅλον τὸ σφαιροειδὲς ἐστὶ, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τούτῳ λεπτὸν, καὶ ὥσπερ πιτυῶδες καὶ ἀμενηνὸν, ὅπερ ἐκπέταται διαχασχόντων τῶν σφαιρῶν.

Tempus enim idoneum, quod ſcribit Theophraſtus, vere & autumno.] Theophr.lib.1.c.6. de cauſ. ὧραι καθ' ἃς καὶ ὅλως ἐπιβλαστήσεις γίνονται, μετόπωρόν τε καὶ ἔαρ, καὶ κυνὸς ἐπιτολή.

Defertur in terram.] v.c.*diſſeritur in terram*.& forte rectius, *differtur*, vt infra cap. 42. Verba verò quae ſequuntur: *Sic in humum demittitur, vt in quibuſdam tamen ſit*, videntur adiecta.

Demum in oleaginibus ſeminibus arbores vidēdum.] Vox, arbores abundat, & pro, *demum*, in v.c. eſt, *dum*, vt fortaſſe, *tum*, legendum ſit.

Neque enim ſi malus pirum &c.] Videtur legendum: *Neque enim ſi malum pirus, hoc ſequendū. Multi Aruſpices audiunt, à quibus &c.* Auctor Gaeop. lib. 10. cap. 2. τὰ μῆλα ἐγκεντρίζεται εἰς πᾶσαν ἀχράδα, καὶ γίνεται μῆλα κάλλιστα, καὶ καλούμενα ἐν ἀθήναις μελίμηλα.

Vno ictu tot fulmina.] Plin. lib. 17. cap. 17. *Quoniam ramo iam ſeri religio fulgurum prohibet.*

Vt ſit vtraque malus.] Videtur legendū: *vt ſi vtraque malus*. eſt enim exemplum eius quod dixit, *ſi eiuſdem generis eſt*. Verba verò, *referentem ad fructum*, abundant.

Ab altera arbore praecidit.] Verba, *ab altera arbore*, ſunt ab expoſitoribus addita.

CAP.

CAP. XLI.

Omnia enim minuta & arida &c.] Theophr. li.1. c. 8. de cauſ. ἢ μᾶλλον ὅσα μανότερα καὶ ὑγρότερα. τὰ μὲν γὰρ πυκνὰ καὶ ξηρὰ, δυσαύξητα.

In hoc enim humidiora, quàm calidiora.] Haec verba videntur adiecta. item, quae paulò poſt ſequuntur, *ex terra*, legendumque: *Quare potius in ſeminarijs*.

Vbi oòrutae.] Fortaſſe legendum, *vt obrutae*. Verba verò ſub finem capitis, *quàm ex taleis*, videntur addita ab expoſitore.

CAP. XLII.

De medica.] Haec verba in v.v. cc. non leguntur. & certè videntur adiecta.

Id ſeritur ita.] v.c. *differtur*, habet pro eo quod eſt in vulgatis, *ſeritur*. Virg. lib. 4. Geót. *In verſum diſtulit vlmos*. Colu. li.11. c.2. *Per hos dies quaecunque ſemina differri debent*. & eód. cap. *Rutam autumno ſemine ſatam menſe Martio differre oportet in apricũ &c.* Aliàs *differere* dixit, cũ ait. *Panax vtroq. tẽpore, leui & ſubacta terra rariſſimè differitur*. Varro ſupra c.40. *Per ſurculos differitur in terrã*. licet ibi in v.c. ſit, *differtur*.

CAP. XLIV.

Quantum in ea regione conſuetudo eſt, ſerendi &c.] Videtur legendum: *Quantum in ea regione conſuetudo erit, vt tantum facias; quòd tantum valet regio ac genus terrae &c.* Plin.li.16.c.21. *Nã locorum tanta vis eſt &c.*

Et in Africa ad Dyrrhachium.] Videtur legendum: *ad Byzacium*. Videndus Plin.lib.5.cap.4. & lib. 17. cap. 7. & lib. 18. c. 10. *Vt pote cum è modio ſi ſit aptum ſolũ quale in Byzacio Africae campo*

centeni quinquageni modij reddantur.

De nutricationibus atque alimonijs eorũ.] Haec verba videntur addita ab expoſitoribus, qui ex cap. 34. illa ſumpſerunt, vbi eſt: *Sex gradus fecit fructuum, tertiumq. ex his dedit nutricatui.*

Praegnantia, cum ſint matura, pariunt poma.] Haec verba videntur ſuo loco mota, & ita reſtituenda: *Praegnantia pariunt poma, aut ſpicam; ſic alia, quae cum ſunt matura, ſimile ei à quo profecta ſunt, reddunt ſemen. poſtea legendum: quod praegnationis diem habere non poteſt.* Theophr. li. 1. c. 14. de cauſ.

CAP. XLV.

Primum plerunq. è terra exit ordeum diebus ſeptẽ.] Theophraſt. li. 8. c. 1. βλαστάνει δὲ τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον. καὶ κριθὴ μὲν καὶ πυρὸς ἑβδομαῖα μάλιστα, προτερεῖ δὲ ἡ κριθὴ μᾶλλον. τὰ δὲ ὄσπρια τεταρταῖα ἢ πεμπταῖα, πλὴν κυάμων. κύαμος δὲ τῶν σιτοδῶν ἐν πλείοσι. Plin. lib. 18. c. 7. *Erumpit à primo ſatu ordeum die ſeptimo, legumina quarto, vel cum tardiſſimè ſeptimo.* Sed legendum ex Varrone & Theopraſto, *vel cum tardiſſimè, quinto.*

Ea enim ſerius aliquanto prodit. idem milium &c.] Ita videtur legendũ, deletis verbis, *ſeges oſtendit*, quae gloſſulae ſunt.

Venenum enim gelu radicibus tenellis.] Cato lib. 2. origin. apud Nonium. *Qui aquatum eunt, lignatum videntur ire, ſecurim enim atque lorum ferunt. Securi gelum craſſum excidunt, eum loro alligatum auferunt.* Quo teſtimonio, licet corruptè citet Nonius, docet ab antiquis dici ſolitum gelu, & gelus.

Nam

Nam radices autumno.] Vox, *radices*, videtur abundare. & paulò poſt legendum, *reſtinguntur*, non *ringuntur*. Theophr. lib. 1. c. 13. de cauſ. ἔτι τὰ μὲν ἄνω κωλύεται διὰ τὸν περὶξ ἀέρα ψυχρὸν ὄντα.

Neque radices procedunt, niſi quò tepore venit Sol.] ita videtur legendum deleto verbo *longius*; & *tempore*, in *tepore*, mutato. Theophr. li. 1. c. 13. de cauſ. ῥίζαι οὐκ εἰς πλεῖον καταλαμβάνουσι βάθος ἢ ὅσον ἂν ὁ ἥλιος ἐφικνῆται. τὸ γὰρ φύεσθαι εἰς βάθος, οὐδεμία ῥίζα καθήκει πλέον ἢ ὅσον ὁ ἥλιος ἐφικνῆται. τὸ γὰρ θερμὸν τὸ φυτόν. Plin. li. 16. c. 13. *Quidam non altius deſcendere radices, quàm calor ſolis tepefaciat.*

CAP. XLVII.

Et eorum molliora erunt natura.] Videtur legendũ: *molliore*. nam ſupra dixit: *Quae in ſeminibus nata, ſi loca erunt frigidiora, quae molli natura ſunt, per brumalia tempora tegere oportet.*

Ac ſiniſtra deligatis.] Verbum, *deligatis*, videtur gloſſema. & paulò poſt legendum: *aut dum tenerae ſunt, vellendae potius: nam aridae factae rixantur*, hoc eſt, reſiſtunt.

In nutricatu.] Videntur hae voces adiectae ab expoſitoribus.

Solum enim hominis.] De ſolo canis dixit Lucretius lib. 3. *Nullius ante trita ſolo.* Cicero. *Solorum callum*, ποδῶν δέρμα.

CAP. XLVIII.

In ſegetibus autem frumẽtum, quod culmus extulit.] dictio, *frumentum*, videtur abundare. & pro *quod*, in v. c. eſt, *quom*.

Longa eminet.] Nonius in *Ariſta*, & in *Gluma*,

legit, *longè*.

A glubendo.] Videndus Feſtus in *Gluma*. Paulò poſt, vbi *ſpica mutica*, videtur legendum: *ſpica mutila*, non, *ſpica mutica*. nam ſupra dixit: ariſtas cornuum gerere vicem. boues autẽ qui cornibus carent, mutili dicuntur. Sub finem legendum: *quod infima ad culmum ſtramenti ſummum.*

CAP. XLIX.

Verùm cùm de nutricatu conticuiſſet Licinius.] Legendum ex v. c. *Verùm quom tacuiſſet Licinius.* nam in v. c. non eſt, *de nutricatu*, & paulò poſt legendum: *& primum de pratis ſummiſſis*.

Cum parauerit, de ea.] Voces, *de ea*, videntur adiectae. & item quae habentur paulò poſt, *de pratis*. nam ex margine libri irrepſerunt.

CAP. L.

Et ab eo eſſe vocabulo.] v. c. habet, *eſt*, pro, *eſſe*. & verbũ, *frumenti*, quod ſequitur, videtur delẽdũ.

Vt ſtramen dictum putant.] Voces, *vt ſtramen*, gloſſae ſunt. & item, *in ea*. legendum autem: *cum iugerum ferè vna opera & c.*

CAP. LI.

Solida terra pauitam.] Videtur legendum: *Solidã, terra pauita*. nam infra dixit: *Quidam aream vt habeant ſolidam.*

Ne aeſtu rimoſa.] Nonius legit, *peminoſa*, & interpretatur mali odoris, eo quòd fortaſſe *ſitu* legerit, non *aeſtu*. Sed *peminoſum* videtur ſignificare rimoſum; quae vox cum eſſet gloſſema verbi *peminoſa*, in textum eſt recepta. Legendum itaq. videtur: *Ne aeſtu fiat peminoſa, & recipiat aquam, & oſtia aperiat muribus ac formicis.*

Vt in Bagiennis.] Plinius li. 3. c. 5. *Vagienni Ligures*.

Vbi

Vbi ea rete cta.] Intelligendum vtiq. videtur, de locis vbi area aperta eſt. Verba autẽ *tempore meridiano*, in fine capitis, videntur addita ab expoſitoribus.

CAP. LII.

Quae ſeges grandiſſima &c.] Hic locus ita videtur legendus: *Quae è ſegete grandiſſimae atque optimae fuerint ſpicae, ſeorſum in areã ſecerni oportet, vt ſemen &c.* In Gaeopon. li.2.c.14 Τινὲς δὲ τοὺς ἁδροτέρους στάχυας ἐπιλέγοντες τοὺς ἔχοντας κόκκους πλήρεις, καὶ τελειόυς, καὶ εἰς σπόρον τελοῦσι κάλλιονα τὸν ἐκ τούτων καρπὸν κομιζόμενοι.

CAP. LIV.

Aprica prius debet deſcẽdere de vite in vindemiam: diligentius (ſiue vt eſt in v. c. *diligentibus*) *vua non ſolũ legitur ad bibendum &c.*] Nonius citat hunc locum in *legere*, & *eligere*, ſed corruptè. *Legere*, inquit, *& eligere non ſub eadem ſignificatione intelligi vult Varro de re ruſt. lib.1. Aprica &c. vt ſit; legitur, colligitur, vt plerumq. eligitur melior quaeq. de plurimis.*

Itaque lectae ius defertur in forũ vinarium.] In v.c. habetur, *lecta*, pro *lectae*, & abeſt vox *forum*, pro qua fortaſſe reponendum, *torculum*: nam è torculari vinum venit in dolia. Apud Columellam tamen mentio eſt fori vinarij lib. 11. cap 2. & lib.12. c.8.

Vnde in ollulas addatur.] Videtur legendum: *abdatur*. Colu.li.12.c.43. Sed fortaſſe verior lectio eſt, ſi legatur: *Vnde in ollulas, eae in dolia plena vinaceorum condantur*. Nam Varro imitatus eſt locum Catonis ex tit.7. *Hae in ollis, ollae in vinaceis conduntur*. Vox, *electa*, videtur abũdare.

Alia, quae in aram, vt in carnarium deſcendat.] Videtur legendum: *Alia quae in horreum, aut carnarium deſcendat*. Colu.li.12.c.45. *Alij cum legerunt vuam, ſi qua ſunt in ea vitioſa grana forcipibus amputant, atque ita in horreo ſuſpendunt, in quo triticum ſuppoſitum eſt*. In carnario autem ſolere ſuſpendi vuas docet idem Varro in *Agathone* apud Nonium in *Suſpicere*. *Et pueri in aedibus ſaepius pedibus offenſant, dum recentes muſteos in carnario fluitare ſuſpiciunt*. Quidam legunt *arcam*, pro, *aram*. Sed cum in v.c. *aera* ſit, fortaſſe ea lectio verior eſt.

Et rurſus cum expreſſum, circumciſitum appellant. Locus ſine dubio corruptus, ita reſtituendus. *Et ſuccum expreſſum, circumciſiuum appellant*. Colu.li.12.c.36. *Muſtum torticium eſt, quod poſt primam preſſuram vinaceorum circũciſo pede exprimitur*. Cato tit.23. *Torticium muſtum ſuo cuique dolio indito*. Plin.li.14.c.20. *Super omnia Cato matureſcente iam vino iubet muſtum, quod ille torticium appellat, nos intelligimus nouiſſimè preſſum*.

Quod reſipit ferrum.] Vſus eſt hoc verbo M. Varro apud Agellium li.3. cap.4. cum ait: *Ac propterea ſtylum reſipiant Plautinum*. & Cicero lib. 2. de Nat. Deor. de Epicuro dixit. *Minimeq; reſipiens patriam*. quòd Athenis, vt ait Tertullianus, ſapiendi dicendique acutiſsimos naſci relatum eſt.

CAP. LV.

Ea, quae digitis nudis legitur.] Verbum, *legitur*, non eſt in v.c. ſed pro eo, habetur, littera L. quam alij in *laudabiliter*, alij in *legitur* mutarunt. &

certè

certè abundat. pro, *ea quae*, fortaſſe rectius legeretur, *& quae*. vt ſit, quae manu ſtricta melior, & quae digitis nudis, quàm quae cum digitabulis. Gloſſar. Digitabulum δακτυλήθρα, ſiue digitale.

Non ſolum ſtringit bacam.] Nonius citat hunc locũ in *Stringere*, ſed corruptè. nam ibi verbum *ſtringere*, notatum eſt ſignificare praeterire. quae notatio adiecta fuit in margine ab eo, qui locum Virgilj declarare volebat, *ſtringere ripas*. Item ibi malè eſt, *transglubit*. nam idem Nonius citat in *Glubere*, hoc modo. *Duricies enim ea, quòd non ſolum ſtringit bacam, ſed etiam ramos glubit &c.* Vnde hic videtur addendum, *quòd*. nam eſt in vv.cc.

Ne aduerſam caedat.] Plin. lib.15. c.3. *Qui cautiſſimè agunt, harundine, leui ictu, nec aduerſos percutiunt ramos. ſic quoque alternare fructus cogitur decuſſis germinibus*. Videndus Theophraſt. li.1. cap.24. de cauſ. plant. & in Gaeop. lib.9. cap.17. τινὲς καλῶς ποιοῦντες μόνον ταῖς χερσὶ σαλεύουσι τοὺς κλάδους, ἵνα ἐκτιναγῇ ὁ καρπός, ῥάβδον δὲ οὐ προσφέρουσι τῇ ἐλαίᾳ.

Saepe enim ita percuſſa olea.] Vox, *olea*, videtur adiecta ab expoſitoribus, vt multa alia.

Redit in villam.] v.c. *cedit*, pro, *redit*. & poſt, *datur*, pro, *eligitur*. vt fortaſſe legendum ſit: *alia ad cibum vt condatur*.

Ac primus quiſque aceruus demittatur ad ſerias per trapeta. Olea lecta &c.] Ita videtur legendum. nam expoſitores cum notaſſent ad *ſerias*, eſſe vaſa olearia; ad *trapetas*, eſſe molas olearias è duro & aſpero lapide; ea poſtea ab incurioſis librarijs

brarijs in textū recepta ſunt. Varro li.4. de ling. Lat. *Trapetes molae oleariae vocantur*. Plin.lib. 15. cap.7. Virgil. Georg. 2. *Sicyonia baca trapetis*. Colu.lib.12.c.50. *Dolia & ſeriae in quibus oleū reponitur*, Videndus Nonius in *Fraceſcat*.

Quia ignoratur à pleriſq.] in v. c. ſic legitur: *Quia ignoratur à pleriſq., deſpicitur: licet.n.videre.quid ſi è torculis olearijs fluere in agro permittitur etc.*

Maximè ad oleam.] Videtur hoc accepiſſe à Catone ex tit.93.

CAP. LVI.

In villam referas] Videtur legendum: in illam referas. nam vox, *villam*, expoſitio eſt.

Ille en adſum &c.] v. c. *Ille, en adſum, inquit, ad limen &c.* non enim voluit imitari Ennij verſum ex Euripide: *Adſum atque aduenio Acheronte vix via alta atque ardua.*

Quod ita fit iucundius pabulum.] Placeret magis, *fiet*, pro, *fit*, vt legitur in vulgatis codicibus: nā ita loquitur infra.

CAP. LVII.

Quidam ipſum triticum conſpergunt.] Plin.lib.18.c. 30. *Quidam ipſum triticum diuturnitatis cauſa aſpergūt amurca in mille modios quadrantal. Alij Chalcidica, aut Carica terra, aut etiā abſinthio.* Voces, *aut aſpergit*, gloſſulae ſunt verbi, *adfriat*.

Item huius generis quidam habent ſub terris, vti ſpeluncas, quas vocant ſiros.] Ita legendum, deletis verbis, *alia*, itemque, *granaria*, quae expoſitorum ſunt. Q. Curtius li.7. *Tritici nihil aut admodum exiguum reperiebatur. Siros vocant barbari, quos ita ſolerter abſcondunt, vt niſi qui defoderint, inuenire non poſſint.* Plin.li.18.c.30. *vtiliſſimè*

mè autem ſeruatur in ſcrobibus, quos ſiros vocant, vt in Cappadocia & in Thracia.

Ita vt non ſolum à lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus à ſolo ventus regirare poſſit] v.c. non habet illud, *ita*. & legit, *regerare*. fortaſſe legendum: *ſed etiam ſubtus à ventis refrigerari poſſit*. nam hoc verbo vtitur Varro lib. 3. c. 17. *refrigerare piſcinas*, cum dixit. Plin. li. 18. c. 30. *Alij contra ſuſpẽdunt granaria lignea columnis, & perflari vndique malunt, atque etiam à fundo.*

CAP. LVIII.

Eadem in ſapa & muſto, in lora rectè &c.] Ita eſt in v. c. cum in vulgatis deſint voces, *in lora*, quas agnoſcit Plin. li. 14. c. 4. cum inquit: *in lora rectè conduntur.*

Et Amineas & Scantianas.] Voces, *& Amineas*, videntur abundare. Nam Pli. li. 14. c. 4. ait Varronem Amineam vocare Scantianam.

CAP. LIX.

Scandiana.] Videtur haec vox abundare, nam Cato tit. 7. eam non habet, & videtur error fluxiſſe ex verbo, quod praecedit, *Scantiana*. in v. c. eſt, *Scantiana, Quiriniana*.

Et ideo oporothecas qui faciunt.] Plin. lib. 15. c. 16. *Pomaria in loco frigido ac ſicco cõtabulari, ſeptẽtrionalibus feneſtris ſereno die patere, auſtros ſpecularibus arcere &c.* ſed legendum: *ſeptentrionales feneſtras*, nõ, *ſeptẽtrionalibus feneſtris &c.* ex ſpecularibus. n. lapidib. quòd trãslucidi ſint, fores feneſtris fieri ĩ oporothecis Plinius pcipit.

Laudabiliter facient.] v. c. habet L. pro qua littera fortaſſe ſcribendũ, *loricata*. ſupra c. 57. *parietes & ſolũ opere tectorio loricãdi.* Vitruuius li. 7. c. 1.

loricas

loricas, ex calce & arena dixit.

Cur non quod à natura datum imitantur?] Ita videtur legendum, nota interrogationis appoſitá ad verbum *imitantur*, & deletis ijs quae ſequuntur, *in venuſtate diſpoſita pomorum*.

In Oporothecen inſtruendam conuiuij cauſa.] Haec verba videntur abundare. & paulò poſt legendum, *vincta*, ſiue *vinctis*, vt eſt in v v. cc. non; *iunctas*.

Et obteres circum ramum, ſi extrinſecus ſpiritus afflet.] Videtur legendum: *Et obrueris*, vel, *obruas circum ramum, ni extrinſecus ſpiritus afflet &c. ni*, poſitum eſt, pro, *ne*, vt ſupra cap. 37. Plin. li. 15. c. 17. *M. Varro & in dolijs arenae ſeruari iubet, & immatura obrui terra in ollis fundo effracto, ſed ſpiritu excluſo, ac ſurculo pice illito. Sic etiam creſcere amplitudine maiore quàm poſſint in arbore &c.* Sed de pice nulla apud Varronem fit mentio. Videndus Theopraſt. li. 5. c. 5. de cauſis.

CAP. LX.

Oleas eſui optimè condi ſcribit Cato.] Plin. li. 15. c. 6. *Condi oliuas optimè orchites et pauſias, quàm vel virides*, vel *fractas in lentiſco &c.* Eſt autem haec Catonis ſententia ex tit. 7. quae verò antecedunt apud Plinium verba, *Nec alio vllo modo laudat*, ſunt ex capite apud eum praecedenti, & hoc modo concinnanda. *Spectare oliueta in Fauonium loco expoſito ſolibus cenſet, nec vllo alio modo laudat &c.* Eſt enim ex eiuſdem Catonis tit. 6 in quo ita ſcriptum eſt: *Ager oleto conſerendo, qui in uentum Fauonium ſpectabit, & ſoli oſtenſus erit, alius bonus nullus erit &c.*

&c. in Lentiſco, videtur accipiendum pro, ſemine lentiſci. Colu. li. 12. c. 46.

Sale ſi ſint confricatae.] v.c. *confriatae*, & ita legendum, ideſt, conſperſae. & ita alibi apud Varronem & Columellam, item apud Catonem tit. 7.

Manere idoneas ſolere.] Haec verba videntur abundare, nec ea habet Cato tit. 7. videtur autem legendum *condire*, non, *condi.*

CAP. LXIII.

Et ad vſus cibatus expedire.] Verbum, *cibatus*, videtur adiectũ. nam infra cap. 64. Varro eo vſus non eſt, cum dicit: *tunc denique ad vſum rectè promitur*. & cap. 68. *quando ad vſum oporteat promi.* Verbo autẽ *expedire*, eodẽ modo vſus eſt Virgilius illo verſu, *Cereremq. caniſtris expediũt.* & Varro infra cap. 67. *quod ad cibatum expeditum eſſe velit.*

CAP. LXIV.

Leui igni.] v.c. *Leni lignis*. quod fortaſſe ἀρχαϊκῶς dictum eſt, pro *lenibus lignis*, vt in XII. Tabulis, *praeſente ambobus*, & alibi apud vetuſtiſsimos ſcriptores, *praeſente nobis*, & *abſente nobis*. vel legendum *lenibus lignis*, vt apud Catonem tit. 69. *Lenibus lignis facito coaleſcat.* Plin. li. 36. *Lenibus veteribuſque lignis coquitur*. Quod verò dicit duas partes, id ſupra cap. 61. dixit, *de ea decoquuntur duae partes*. & fortaſſe legendum: *ad duas partes*. nam ita ſupra locutus eſt. & in libro de vita pop. Rom. *Sapam appellabãt, quod de muſto ad mediam partem decoxerãt, defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant de ferueſaciendo*. Videndus Nonius in *Sapa*.

CAP.

CAP. LXV.

Neque etiam cum proceſſit, niſi prius ſit vinum factum.] Verbum, *factum*, ab expoſitore adiectū videtur; & pro, *niſi prius*, legendum, *ita vt*. hoc modo: *neque etiam cum proceſſit, ita vt ſit vinū.* in v.c. eſt, *proceſſet*, quod poteſt videri antiquè dictum, vt *cepet*, & alia ſimilia. Ad verbum autem in extremo capite poſitum, *fructuoſiora*, facit quod ſcribit Plin. lib. 14. cap. 40. *Nec alia res maius incrementum ſentit ad vigeſimum annum, maiuſue ab eo diſpendium, non proficiente pretio, rarò quippè adhuc fuere, nec niſi in nepotatu ſingulis teſtis millia nummum.*

CAP. LXVI.

Oleas albas &c.] Ex veſtigiis veteris lectionis, poteſt hic locus ita reſtitui: *oleas albas, quas condideris in vas, vt celeriter promas, niſi condieris, propter amaritudinem reſpuit palatum &c.* de verbo *nouas*, fecimus, *in vas*, quomodo ſupra locutus eſt Varro cap. 64. *ac retrimentum conditum in vas fictile.* *Sit*, autem, mutauimus in, *vt*. quomodo infra cap. 69. *antequam ſe commutent, vt celeriter promas.*

CAP. LXVII.

Si non dempſeris ad edendum, ad abijciendum deſcenſurum ſe minitatur.] Ita v.c. Eſt autem τὸ *deſcenſurum*, verbum quod Graeci ἀπαρέμφατον vocant. Videndus Agellius libro 1. cap. 7.

Sorbum maturum mite.] Vox, *maturum*, videtur abundare. eſt enim gloſſema verbi, *mite*. Nonius. *Mitis eſt maturus*. pro *lentius miteſcit*, in v. c. habetur, *lentius eſt*. Verba verò,

vt

vt inde promatur ad eſcam, videntur adiecta.

CAP. LXIX.

Ad torrendum.] Videndus Seruius in verſum Virgilij, *Et torrere parant flammis & frangere ſaxo*.

In funus poſtridie prodeamus.] Ita dixit Terent. Adelph. *Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo*.

Perperam feciſſe.] *Perperam* hoc loco valet, per errorem. Paulus lib.3. tit.9. *Prolatis codicillis vel alio teſtamento quibus ademptum eſt legatum, vel certe reciſum perperam ſolum repetunt*.

Diſcedimus.] Videtur hoc verbum poſitum pro *diſceſſimus*, vt in Pandectis Florentinis, *Decederit* pro *deceſſerit*.

NOTAE

NOTAE AD M. VARRONEM DE RE RVSTICA

LIB. II. PRAEFAT.

VT *ruri enim.*] Multa hic adiecta ſunt ab expoſitoribus, vt ex praefatione Columellae conijcitur, ex qua totus hic locus ita videtur legendus. *Vt enim qui in villa viuerent, ignauiores quàm qui in agro verſarentur; ſic qui in oppido ſederent, quàm qui rura colerent, deſidioſiores &c.*

Reliquis, ſeptem.] Vox, *ſeptem,* petita videtur ex margine, nec eam habet Columella, qui hanc Varronis praefationem paenè αὐτολεξὶ eſt imitatus.

Vt & agros fecundiſsimos haberent, & ipſi firmiores eſſent.] Ita videtur legendum, omiſsis verbis *cultura,* itemq. *valetudine*, quae expoſitorũ gloſſulae ſunt.

Ex inſula Coa.] v.c. *Cea.*

Non creat.] Videtur legendum: *non colit.* & paulò poſt legendum, *bos domitus cauſa vt*, ſine verbo, *fit*.

Quae in agricultura naſcantur è terra.] Videtur legendum: *naſcuntur*.

Contra paſtoris, vt ea, quae nata ex pecore.] Tollantur ſcilicet. coloni enim ratio eſt, vt ea, quae in agro ſata ſunt, cultura naſcantur è terra, quò fructum faciant. contra paſtoris, vt quae nata ſunt, paſcant pecore.

Propterea.] haec verba vſque *ad equarias*, ſunt ſemicirculis includenda, vt parentheſis incipiat à

voce *propterea*, & deſinat in *equarias*. poſt quod verbum, videtur abundare illud, *Qua*, & legendum eſſe, *de re pecuaria &c.*

In campos Macros.] Colu. li. 7. c. 2. *Circa Parmam & Mutinam Macris ſtabulantur campis &c.* pro eo, quod vulgò habetur *Siciliam*, ex hiſtoria legendũ *Ciliciam*. & pro *Graeciae*, fortaſſe rectius legeretur *Cnei*. Plinius li. 3. c. 11. & alij. Sed fortè Varro id tacuit, ne Auguſtum offenderet, quo imperante ſcripſit hos libros.

CAP. I.

Multa hic deeſſe, conijcere poſſumus vel ex eo, quod in v v. c c. ante haec verba Librarij poſuerunt, HIC INTERMISIMVS. quin ex ipſis quoque aliorum librorum praefationibus id intelligere licet, & potiſsimum ex huius libri cap. 8. vbi apparet diſceſsiſſe Maenatem, vt ſacrificium pararet. nam ſic in eo ſcriptum eſt: *venit à Maenate libertus, qui dicat liba abſoluta eſſe.* atq. ex ijs etiam, quae habentur in cap. 5. *Cũ Q. Lucienum alius ſalutaſſet, alius conuiciatus eſſet, qui tam ſerò veniſſet ad conſtitutum &c.* Hos autem ſermones habitos fuiſſe Palilibus ex eodem cap. colligi poteſt.

Cum Petam feſſum,] Videtur legendum, *Paetum*, quod eſt Papiriae familiae cognomen. *Feſſum* autem dicit, *κάμνοντα*, ideſt aegrum. Sic infra lib. 3. c. 16. de apibus, *regem feſſum &c.*

Interrupiſſet.] cum in v v. c c. ſit *inredijſſet*, fortaſſe legendum erit, *impediſſet*.

Vbi eſt de arte.] Videtur legendum: *quae eſt de arte.*

Lucilli Hipri.] v. c. *Hirpi*. Feſtus. *Irpini*, inquit,

appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites, eum enim ſecuti ducẽ agros occupauere. Strabo lib. 5. poſtea legendum: *Vt vos, qui eſtis Epirotici athletae, remuneremini me, & quae ſcitis, proferatis in mediũ.* Dixit enim *Epirotici athletae*, pro, *valentes pecuarij.*

Cum accepiſſem conditionem.] placeret magis, ſi legeretur, *accepiſſent.*

Natura, ſiue enim aliquod fuit principiũ &c.] Quidam legunt, *naturam &c.* deleta voce, *enim.* ſed melius hic locus reſtituetur, ſi ita corrigatur: *Nam ſiue aliquod fuit principium etc.* ex, *nam,* factum fuit à librarijs *natura*, & deinde parentheſis adiecta. paulò poſt legendum: *neceſſe eſt humanã vitã à ſumma memoria gradatim aſcẽdiſſe etc.* pro eò quod vulgo legitur, *humanae vitae.*

Cum viuerent homines ex ijs rebus &c. Totus hic locus ita videtur legendus. *Cum viuerent homines ex ijs, quae inuiolata vltrò ferret terra, & ex hoc in ſecundum deſcendiſſe, cum è feris atq. agreſtibus arboribus ac virgultis decerpẽdo glandem, arbutum, mora, pomaq. colligerent ad vſum, ſic animalibus &c.* Cetera videntur adiecta ab expoſitoribus.

Maximè enim hae natura quietae.] Voces, *hae natura*, videntur additae χολιαςἶκῶς.

Ad cibum enim lac & caſeum, ad corpus veſtitum & pelles attulerunt.] Ita videtur legendum, deleta voce, *adbibitum*, quae irrepſit ex margine. Videndus Columella li. 7. c. 2. Scribendum autẽ videtur *lacte*, non, *lac*, quomodo Varronis aetate ſcribebant.

A vita paſtorali.] Haec verba videntur adiecta.

Quas

Quas Latinè rotas appellant.] Plin. li. 11. c. 37. *Aliorum cornua fixit in palmas, digitoſq. emiſit ex ijs, vnde platycerotas vocant*. Ex hoc loco, fortaſſe apud Varronem *platycerotas* legi poterit. Iſidorus li. 12. c. 1. *Capras à carpẽdis virgultis etc. nonnulli à crepitu crurum, vnde eas crepas vocitatas &c.* ſic in v. c. pro, *creas*. Videndus Feſtus in *Caprae*, & Varro in hoc ipſo libro cap. 2.

Aſini in Phrygia & Lycaonia. Equi in Hiſpania citeriore.] Sic habet v. c. non, *Hiſpaniae citerioris. feri* vox bis repetita, bis etiam abundat.

Ea enim ſua voce Graeci appellarunt μῆλα.] Videtur legendũ: *Eas enim à ſua voce Graeci &c.* nam ſequitur, *noſtri ab eadem voce &c.*

A quo poſtea belare dicunt, ex trita littera, vt fit in multis.] Videtur legendum: *dictum*, non, *dicunt.* littera verò, quam dicit extritam, eſt alterum e.

Praeterea à pecurarijs addiderunt capram.] Videtur legendũ: *Praeterea capram, hoedos, canes*, ceteris omiſsis: nã pẽdet oratio à verbo, *adieciſſent.*

An non item in mari terraq. quòd nominauerũt à capris Aegeum pelagus, in Syria mõtem Taurum.] ita videtur hic locus legendus. nam cetera ſunt adiecta ab expoſitoribus.

Paſtorem fuiſſe nutricium.] Vox, *nutricium*, videtur adiecta.

Non idem quòd multa.] Videtur legendum: *non itẽ quòd multa.* & paulò poſt, *ouibus & bubus*, pro eo quod vulgò legitur, *bubus & ouibus*. Plinius li. 18. c. 3. *Multatio quoq. non niſi ouiũ boumq. dicebatur. non omittẽda priſcarũ legũ beneuolentia. cautũ quippe eſt, ne bouem prius, quàm ouem nominaret, qui indiceret multam.* Agel. li. 11. c. 1.

Quod cõflatũ pecore.] Vox *pecore*, quae primo loco poſita eſt, non habetur in v.c & certè abundat.

Et quòd vrbs cum condita eſt, tauro & vacca, qui eſſent muri & portae definitum.] Seru.in li. 5.Aen. *Condituri enim ciuitates, taurũ in dextra, & vaccam intrinſecus iungebant: & cincti Sabino ritu, ideſt togae parte caput velati, parte ſuccincti, tenebant ſtiuam incuruam, vt glebae omnes intrinſecus caderent, & ita ſulco ducto, loca murorum deſignabant, aratum ſuſpendentes circa loca portarum.* Cum autem in v.c. ſit, *Et quòd vrbis cum condita eſt &c.* in margine verò aeque antiqua manu ſcriptum ſit, *Taurus & vacca in vruo vrbis condendae*, ſuſpicor hic legendum eſſe: *Et quòd vruo vrbis, cum condita eſt, tauro & vacca, qui eſſent muri & portae &c.* Nam verbum *vruo*, quod eſt in margine, videtur è textu fuiſſe acceptum. Feſtus. *Vruat, Ennius in Andromeda ſignificat, circundat, ab eo ſulco, qui fit in vrbe cõdenda vruo aratri, quae ſit forma ſimillima vncini à curuatione buris & dentis, cui praefigitur vomer.* Placidus in gloſsis. *oburbas, circumſcribis. dictum ab vrbo.* Error autem fluxit ex verborũ ſimilitudine, quòd à librarijs *vrbis*, & *vrbo*, per b, litteram ſcriptum fuerit, cum *vrbis* & *vruo* ſcribendum fuiſſet. Videndus Colu.in praefatione libri VI.

Et quòd P. R. cum luſtratur Solitauri lib. circumaguntur verres, aries, taurus.] Aſcon.in Diuinat. *Cenſores completo quinquennio vrbem luſtrabant, & Solitaurilia ſacrificia de ſue, oue, tauro faciebant.* In vv.cc. eſt *Suouetaurilibus.*

Ab vtroque pecore, à maiore & minore.] Verba, *à maiore*

maiore & minore, addita ſunt ab expoſitoribus, vt multa alia, quae Librarij deinde in textũ receperunt.

Sic à maiore Equitius Taurus, cognomina ad ſignificari, quòd dicuntur Annij Caprae, Statilij Tauri, Pomponij Vituli.] Locus mutilus & mendoſus, ita videtur poſſe ſuppleri, emendariq. *Sic à maiore Equitius, Thorius, Aſinius: à maiore item cognomina ad ſignificari, quòd dicuntur Annij Caprae, Statilij Tauri, Voconij vituli &c.* Thoriae familiae nomen à tauro deductum fuiſſe, nummi argẽtei eius gentis teſtes ſunt, in quibus taurus inciſus eſt. Vitulus autẽ cognomen eſt Voconiae familiae, non Põponiae, vt ex eius argenteis nummis cõſtat, qui Caeſare Dict. cuſi ſunt.

De qua eſt dicendum quod Scrofa noſter.] Videtur legendum verbis quae ſunt luxata, in ſuum locum reſtitutis ita: *De qua, quod eſt dicendum ò Scrofa noſter (cui haec aetas defert rerum ruſticarum omniũ palmam) quo melius poteſt dice &c.* ſic lib. 1. c. 9. *Sed quod ſequitur tertium illud de modis dice.* & infra hoc ipſo in libro c. 3. *Quoniam ſatis balaſti ò Fauſtule noſter, &c.* his duobus locis ſatis confirmatur emendatio noſtra.

Sed propter eam, vt muli, canes, paſtores.] Fortaſſe legẽdũ, *ſed propterea vt ex ea ſint, vt muli, canes, paſtores.* & ita planè eſt in v.c. paulò poſt legendũ: *Primũ, vt bonũ pares pecus, ſcire oportet &c.* deleta voce, *vnum*, quae gloſſema eſt. Sic apud Caeſ. li. 3. de bell. Gallic. pro, *vt ne primum quidem noſtrorum impetum ferant*, ſcriptum eſt: *ne vnum quidem &c.* nam, *vnũ*, ibi expoſitio eſt verbi, *primum*, vt hic apud Varronem.

Quàm albis, & mox, *quàm paruã*.] Videntur haec adiecta ab expoſitoribus. poſt legendũ videtur, *parandũ*, non, *quaerendum*. Ita enim ſolet loqui Varro cum alibi, tum ſupra in hoc ipſo capite.

Vſque adeo vt mea memoria aſinus venierit ſextertijs millibus quadringentis.] Ita emendauimus hunc locum, ex alio ſimili eiuſdem Varronis li. 3. c. 2. *Aſinum tuum, quem mihi quadringentis millibus emptum &c.* ſic enim legendum apparet ex Plin. li. 18. c. 43. *Aſinũ quadringentis millibus nummum emptum Q. Axſio ſenatori, auctor eſt M. Varro*. paulò poſt legendum apud Varronem: *& vnae quadrigae Romae conſtiterint* XII HS, hoc eſt, duodecies ſeſtertium &c. nam ita planè habetur infra in huius libri cap. 8. *Eligunt aſinum &c. vbi trecenis &c.* ſic enim ibi legendum, non *tricenis* &c. Illud verò, *mea memoria*, conſiderandum an Varronianam elegantiam reſipiat.

Quarta pars eſt de iure in parando.] Verba, *de iure in parando*, irrepſerũt ex margine, vbi notata fuerant ad ea verba quae ſequuntur: *quemadmodũ quamque pecudem emi oporteat iure ciuili.*

In emptione aliàs ſtipulandum ſtatim eſſe.] Videtur legendum: *In emptione aliàs ſtipulandũ ſanũ eſſe, aliàs non è valetudinario &c.*] Nam infra quattuor formas affert, vt videatur hic deeſſe vna.

In qua regione quamq; potiſſimum paſcas, & quando, & queis.] ita v. c. ſed videtur legendum: *& quì*. paulò poſt videtur legendum, *abigunt*, non *abiguntur*.

Ne ſi inſcriptum pecus.] inſcriptum hic, vt Gloſſarium interpretatur, valet ἄγραφον. *Lucilius. Fa-*

cit

cit idem quod illi, qui inſcriptum ex portu portāt clanculum, ne portorium dent. Aſconius in Diuinat. *Mancipes ſunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaeſtus ſui cauſa, ſi decumas redimunt, decumani appellantur; ſi portum aut paſcua publica, portitores aut pecuarij, quorum ratio ſcriptura dicitur.* Feſtus in *Scriptu rari us ager.*

Lege cenſoria.] Cicero lib. 3. de Nat. Deor. *Cum lege cenſoria agri Deorum immortalium excepti eſſent &c.* Lex autem pactum ſignificat & conditionem, quae in obligationibus dicitur, vt apud Varron. lib. 1. de re ruſt. Leges colonicae, & leges locationis fundi. nam in emptionibus eo iure vtebantur, quod lex praeſcripſerat: in ea enim alij plura, alij pauciora excipiebant: ſic lex cenſoria, ea quae à Cenſoribus in vectigalium locatione dicebatur.

Committant.] Quintilian. in Declamat. *Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur.* & paulò poſt. *Publicano ſcrutari liceat. quod quis profeſſus non fuerit, perdat.* Cic. in Verr. 3. *Calumniatores ex ſinu appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinae commiſſam eſſe diceret.* & in 4. *Petunt hereditatem, quòd eam palaeſtritae commiſiſſe dicant.* & ep. 26. li. 7. *Attamen ne mirere vnde hoc acciderit, quomodoue cōmiſerim, lex ſumptuaria, quae videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit.*

Muli è Roſea campeſtri aeſtate exigūtur in Gurgures altos mōtes.] Forte legendū: *in querqueros mōtes.* nam vox, *altos,* expoſitio eſt, verbi, *querqueros.* Vidēdus Feſt. in *Querquerā,* & Strabo de mulis

Reatinis. Varro li. 3. c. vlt. *Nemei in Roſea eſuriant aſini &c.*

Sed quòd ordeum &c.] Totus hic locus ita videtur legendus. *Sed quòd ordeum & fabam interdum ouibus obijciendum, & dandum bubus lupinum, & lactarijs medicam & cythiſum.*

Vbi eſt oppidum Olyſippo monte Tagro.] Incertum vtro modo legendum ſit, *monte* ne *Sacro*, vt Columella li.6.c.27. an *amne Tago*, vt Plin. lib.18. cap.24. cuius verba ſunt haec. *Conſtat in Luſitania circa Olyſipponem oppidum et Tagum amnem, equas Fauonio flanti obuerſas animalem concipere ſpiritum, idque partum fieri, & gigni perniciſſimum &c.* Apud Varronem verba, *in fetura*, videntur adiecta ab expoſitoribus.

Et remanſerunt in valuolis intimis, quas vocant χορίον.] Ita videtur legendum, non, *voluis*, addita voce, *quas*, ex coniectura. Feſtus. *Valuoli folliculi fabae appellati ſunt, quaſi valliuoli, quia vallo fracti excutiantur.* Colu.li.7.c.3. *Nam per ſe ordeum, vel freſa cum ſuis valuolis faba &c.* χορίον autem cum ſit inuolucrũ fetus in vtero, appoſitè id valuolos Varro appellauit.

E queis, quoniam puri ſunt ad ſacrificium, vt immolentur, olim appellati ſacres.] Videtur legendũ: *quom*, non, *quoniam*. infra. c.11. *Qui à partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis ſacres, quòd tum ad ſacrificium idonei dicuntur primum.* Feſtus. *Sacrem porcum dici ait Verrius, vbi iam à partu habetur purus, à qua re appellatum eſſe ſacrem dicit.* Plautus. *Adoleſcens quibus hic pretijs porci veneunt ſacres, ſinceri?* Sed Plauti codex manuſcriptus in Menechin.

habet,

habet, *ſynuri*, non, *ſinceri*, vt fortaſſe Plautus reſpexerit ad locum Ariſtoph. in Acharn. πᾶδ', οὐχὶ θύσιμός ἐστιν; ΔΙ. κέρκον οὐκ ἔχει.

***Cuius ſcientiae genera duo, vnum vt in hominem.*]** Verba, *ſcientiae*, &, *vt in hominem*, gloſſae ſunt. & paulò poſt legendum: *alterum quoi*, non, *quo*. eſt enim poſitum antiquè *quoi*, pro *cui*.

***Signa autem ſunt adapertum os humido ſpiritu, & crebro corpore calido. Curatio autem haec; perfunditur aqua &c.*]** Ita videtur legendus hic locus. nam cetera abundant, adiecta ab expoſitoribus.

***Et item cibo ſuſtinetur.*]** Forte legendum, *abſtinetur.* nam ita Colum. li. 6. c. 7. *primoq. die cibo abſtinendus*. paulò poſt legendum: *ne frigus laedat*, non, *ni frigus cedat*.

***Quod dixi de numero.*]** Verba, *de numero*, ſunt expoſitoris gloſſae.

***Quot greges, & quanto.*]** Videtur legendum: *quantos*, non, *quanto*. ſic infra cap. 3. *In agro Gallico greges plures faciunt, quam magnos.*

***Vide inquit Atticus &c.*]** Videtur legendum: *Vide, inquit Vaccius, ne te fallant nouenae iſtae partes, & non exeant etc.* Eſt autem Vaccius nomen deductum à vaccis: & ſic paulò poſt ſcribendum, vbi vulgò legitur, *Vactius*.

***Si inquam numerus.*]** Videtur legendum: *ſic inquam numerus*. Item pro eo quòd vulgo habetur, *deme, ſiuis*, legendum videtur, *quare demas, ſinis.*

***In Syria.*]** v. c. *in Suria*. Donat. in Hecyr. Ter. Act. 1. Scen. 2. & *Aſſurius ſermo*, pro *Aſſyrius.*

CAP. II.

***Nunc Q. Caecilius cum nomine eodem.*]** Videtur

legen-

legendum: *Nunc Q. Caecilius cognomine eodem.* Cicero li.5. ep. 22. ad Atticum. *Cicero ſalutem dicit Q. Caecilio Q.F. Pomponiano Attico. Quod quidem ita eſſe, & auunculum tuum functum eſſe officio, vehementiſſime gaudeo.*

Has primum oportet bonas emere, quaeſita aetate, ſi neq. vetulae ſunt &c.] v.c. *Has primum oportet bona emere aetate, quae ita erunt, ſi neque vetulae ſunt &c.* infra cap.4. *Eligere oportet primũ bona aetate.* & cap.6. de aſinis dixit: *Vt mares feminasq. bona aetate ſumat.* Bona aetas dicitur adoleſcentia vel iuuentus. contra, mala aetas, ſenectus ipſa. Afranius Vopiſco: *Mala aetas nulla delinimenta inuenit.* Pacuuius Periboea: *Parum eſt, quòd te aetas mala habet, ni etiam hic ad malam aetatem adiungas cruciatum reticendi.*

Apicas appellabãt.] Feſtus: *Apica dicitur ouis, quae ventrem glabrum habet.* Plin.lib.8.c.43. *Quibus venter nudus eſſet, apicas vocabant.* Verba quae ſequuntur, *ac reijciebant,* nõ leguntur in vv.cc.

Si arietes ſint fronte lana veſtiti benè, intortis cornibus. In Gaeoponicis li.18.c.1. ita hic locus expreſſus eſt. τοὺς δὲ κριοὺς εἶναι χρὴ εὐπαγεῖς, καλοὺς τῷ θέᾳ, χαροποὺς τοῖς ὄμμασι, δασυμετώπους, εὐκέρατας. Sed Columella videtur legiſſe, *fronte lata,* vt ex cap.3.li.7. colligitur. Praeterea in quodam manuſcripto codice apud Varronem legitur, *intortis crinibus,* quomodo habet idem Colum.li.7.c.5.

Lana opertis auribus, amplo pectore.] Ita videtur legendus interpungenduſque hic locus. nam in Gaeoponicis eſt. σκεπομένους τὰ ὦτα τῷ δασύτητι τῶν ἐρίων, πλατυνώτους.

Et ſi

Et ſi cui vetuſtate.] v. c. *& ſi qui vetuſtate &c.* & pro, *prodant*, quod eſt in vulgatis, videtur legendum, *procedant*, quod eſt verbum petitum à iuriſconſultis, qui eo vtuntur pro *valeant*.

Qua de re agitur.] Cic. pro Murena. *Etenim quae de ſcripto agũtur, ſcripta ſunt omnia: neq. tamen quicquã tam accuratè ſcriptum eſt, quò ego non poſſim quã de re agitur addere &c.* ex quib. verbis apparet, *Qua de re agitur*, ſolere ĩ formulis interponi.

Vti quod recte ſanum eſt.] Ita legendũ. nam verba, *pecus ſuillũ*, addita ſunt ab expoſitoribus. Reſpexit autẽ ad vetuſtã formulã Q. R. F. E. V. apud Probũ. Agellius li. 16. c. 4. *Vti qđ recte factũ eſſe voles.* In lege Mamilia apud Frontinũ. *Vti quod recte factũ eſſe volet facito.* & in fragmẽto vetuſtae legis. *Facito vti ei quod recte factũ eſſe volet.*

Extra luſcam, ſurdam, minam.] Feſtus: *Minam ait Aelius vocitatam mammam alterã lacte deficientem. Extra quàm* antiqua formula eſt, qua vtebantur in exceptionibus. *Extra quam ſi quid ita factum ſit, vti lege fieri licuit.*

Haec ſic rectè fieri ſpondes? nec cum id factum eſt.] Legendum: *Haec ſic rectè fieri ſpondes ne?* cum id factum eſt &c. nam ſic infra cap. 3. *ſpondes ne?* & cap. 4. *neq. de pecore morboſo eſſe, ſpondes ne?* & cap. 5. *noxiſq́, praſtari, ſpondes ne?*

Quàm ad meridianum tempus vbi ſtent.] Verba, *tẽpus vbi ſtent*, vidẽtur adiecta ab expoſitoribus. Videndus Colu. li. 7. c. 3.

Quo enitentes ſecludere oportet.] Legendum, *incientes*, non, *enitentes*: quomodo emendandus etiam Colu. li. 7. c. 3. & li. 8. c. 11. Videndus Feſtus in *Grauida inciens*, & Placidus in Gloſsis.

Apud

Apud Arnobium quoque in hoc verbo, & apud alios Scriptores ſaepè peccatum eſt à Librariis.

Contra illae, in ſaltibus quae paſcantur.] Videtur legendum: *Contra illi in ſaltibus qui paſcuut.* & paulò poſt inducenda verba, *& latè*, legendumque: *Longe enim in diuerſis locis paſci ſolent &c.*

Sic colles publice diſtantes paſtiones, eaeq; ibi vbi paſcantur.] Videtur legendum: *Sic calles publicè diſtantes paſtiones, atque vbi paſcantur etc.* infra cap. 9. *Quod accidit ijs, qui per calles ſilueſtres longinquos ſolent comitari.* Cicero pro Sextio. *Italiae calles atque paſtorum ſtabula.* Varro infra de paſtionibus. *Vtroſque horum firmiores, qui in callibus verſantur, quàm eos, qui in fundo quotidie ad villam redeunt &c.* Erant autem viae publicae pecoribus deſtinatae ex hibernis in aeſtiua redeũtibus, vbi morari & paſcere poſſent.

Tum prima luce.] Videtur legendum *cum*, non, *tum.* Varro apud Nonium alibi dixit, *luci claro*, & *primo luci.* paulò poſt, haec verba ita ſunt collocanda. *Sole exorto puro propellunt rurſus ad paſtum, vt redintegrantes alacriores fiant.*

Circiter meridianos aeſtus, dum deferueſcunt.] In v.c. eſt, *deferueſcat*, forte legendũ: *circiter meridiem aeſtus dum deferueſcat.* infra cap. 4. *Poſt meridiem rurſus lenito feruore paſcunt.*

Vt aduerſo ſole.] Videtur legendum: *auerſa ſoli.* vel, *auerſo ſole*, vel ſi magis placet, *auerſa à ſole.* Colu. li. 7. c. 3. *vt paſcentium capita ſint obuerſa ſoli.* Plin. lib. 18. c. 22. & in Gaeopon. lib. 18. cap. 2. ἑκάστοτε δὲ τὸν ἥλιον κατ' οὐρὰν ἔχειν αὐτὰ προσήκει. Vitruuius lib. 1. cap. 4. *Poma quae non*

in ea

in ea caeli parte ponuntur, quae eſt auerſa à ſolis curſu, non diu ſeruantur. paulò poſt legendum videtur *redintegrabit*, non, *redintegrauit*. Item, *Inigere vtile*, non, *intereſt vtile*.

***Hoc mutant*.**] *Mutant*, valet, differunt. Varro de ling. Lat. li.4. *In denario numero hoc mutat, quòd &c.* & lib.8. *Hoc mutat, quòd altera in ſingularibus, altera in coniunctis rebus*. & lib. 1. rerum diuin. *Quid mutat inter Antigonam & Tulliam, eſt animaduertere.* Videndus Agellius lib.13.c.3. & lib.18.c.12.

Ab Arcturi occaſu &c. Plin.lib.8.c.47. *Coitus omnibus ab Arcturi occaſu ad Aquilae occaſum. Gerunt partum diebus* C L. *poſtea concepti inualidi. cordos vocabant antiqui poſt id tẽpus natos &c.* Ex quo loco videtur hic legendum: *quòd qui poſtea concipiuntur, fiunt vegrandes atque imbecilli.* Item Plinius ex Varrone emendandus. nam in v. c. ita hic locus habetur, vt nos edidimus.

***Eadem aqua vti oportet*.**] Locus hic expreſſus eſt in Gaeoponicis lib.18. c.3. *τοῖς αὐτοῖς δὲ καὶ μὴ ξενίζουσιν ὕδασι χρηστέον.*

***Dum agnoſcant matrem agni*.**] Vox, *agni*, videtur abundare. & paulò poſt, pro *delibent*, in v.c. eſt *debilitent*, vt fortaſſe *debilent* legendum ſit. nam id verbum reperitur apud Nonium, niſi mendoſum eſt: & ab eo verbo dictus eſt *debilo*, ſiue vt docti viri malunt, *debil homo* ab Ennio. *debilitent* autem gloſſema eſt verbi *debilent*.

***Qui melius omnino perpetuò*.**] Videtur legendum: *melius qui omnino perpetuò*. & paulò poſt legendum: & *agni pinguiores*. nam ita hic locus ex-

preſſus

preſſus eſt in Gaeoponicis. *μέχρι δὲ μηνῶν δύο οὐκ ἀμελητέον τοῦ γάλακτος, κάλλιον δὲ εἰ μηδέποτε, εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες.*

Aut frigora ſe exegerint.] Fortaſſe legendum, *fregerint*. Summitti autem dicuntur pecora, quae in locum demortuorum capitum ſufficiuntur. Varro infra: *Bimeſtres cum ſunt facti, tunc ſummittuntur, & in grege incipiunt eſſe.* In Gaeopon. li. 18. c. 9. ſic habetur *τῶν δὲ τράγων ἐκκρίνουσι τοὺς μεγάλους καὶ ἐμπλεύρους, ἰσχία τε μείζονα ἔχοντας, δασυτρίχους, μακρότριχας, λευκότριχας, αὐχένα καὶ τράχηλον βραχὺν ἔχοντας, βρόγχον δὲ μακρότερον.*

In ouibus pellitis.] Colu. li. 7. c. 4. pellitas oues appellat tectas, reliquas verò hirtas.

Tarentinae.] Colum. ibidem: *Graecum pecus plerique Tarentinum vocant.* Cato apud Feſtum in *Paſcales oues*, Tarentinam appellauit pellitam ouem; quòd in agro Tarentino paſceretur.

His. Scilicet praeſepibus. Colu. li. 7. c. 4. *paſcuntur ad praeſepia.*

CAP. III.

Melanthio cordo.] *Cordus* à Graecis appellatur *ταμίας*.

Primum aetatem vt eam paret, quae iam ferre poſſit fructum, & eam potius, quae diutius: nouella enim melior.] Ita legendus hic locus. nam cetera videntur adiecta.

Corpus lene vt habeant.] Videtur legẽdũ: *leue*. nã ſic eſt in Gaeoponicis. *τὸν μὲν χρῶτα λεῖον ἐχούσας.*

Hoc aliter.] Traxit hoc ex antiqua formula, qua in ſentẽtiis dicẽdis vtebãtur. HOC ALITER. HOC AMPLIVS. cũ alter alteri aſſentiebatur, & aliquid

adde-

addebat, vel demebat, vel aliquo modo mutabat.

Quae bis pariant.] Videtur legendũ: *binos*, non *bis*. nam Graeci διδυματόκους dicũt. verba quae ſequuntur, *ad admiſſuras*, videntur addita ab expoſitore.

Nũquã enim ſine febri ſunt.] In Gaeoponicis ita hic locus expreſſus eſt li. 18. c. 9. ἀμέλει τὸ ζῶον φυσικῶς ἀεὶ πυρέττει, καὶ εἴποτε ἐκλείψει ὁ πυρετὸς, διαφθείρονται. Videndus Plinius lib. 8. c. 50. Hoc tamen negat Ariſtoteles lib. 1. de hiſt. animal. c. 11. de Alcmaeone.

Ac Manilius ſcriptum reliquit. Cicero li. 1. de Oratore. *Manilianas venalium vendendorum leges.*

Habereq. rectè licere.] *Rectè* valet hic, arbitrio boni viri. L. 73. D. de verborum ſignificatione.

Quòd eſt alſioſum.] In Gaeopon. li. 18. c. 9. eſt. φύσει γὰρ δύσριγόν ἐστι τὸ ζῶον. apud Pliniũ quoque *alſioſa*. Gloſſariũ, alſioſus interpretaẽ, δύσριγος. Fortaſſe legi poſſet. *Stabulũ melius ad hibernos exortus ſpectat, pecus quòd eſt alſioſum.*

Sunt duo hoedi & capra non longè à tauro.] Haec verba ex li. 1. c. 2. huc translata ſunt: itaque videntur inducenda. Item abundant illa quae ſequuntur, *à grege è campis*. & locus ita interpũgendus eſt: *Quod ad feturam pertinet, deſiſtente autumno exigunt hircos in caprilia, item vt in arietibus dictum eſt, quae concepit poſt quintum menſem &c.* Ita enim legendum, non *quartum*, ex Ariſt. lib. 6. de hiſt. animal. c. 19. Plin. lib. 8. c. 50. & Gaeopon. li. 18. c. 9.

Qui adduxit capellas ad vrbem.] *Ad vrbem*, valet hic, propè vrbem, hoc eſt, in ſuburbano.

Tantum enim fefellit.] v. c. *fefellerit*. & lib. 15. c. 1.

ibi

Ibi *tantum circumfluxerit mox ceruorum*. vbi in vulgatis editionibus eſt, *circumfluxit*.

CAP. IIII.

Sed quis è portu poſt Italico *prodit*.] *è portu* dicit Caprasiae inſulae, quàm à capris nominatam ſupra dixit, atq. ex ea media quoſdam darê operam vt haberent hoedos, quòd ibi pulcherrimi eſſent. infra li. 3. *Si vultis inquit ancoras tollere*.

Cur appeller Scrofa. Videndus Macrobius li. 1. Sat. cap. 3. de hoc cognomine. Verba verò, *vt diceretur Scrofa*, addita ſunt ab expoſitoribus.

Vnicoloris potius quàm varij.] Videtur legendum: *vnicolores potius, quàm varias*. Nam in Gaeoponicis lib. 29. c. 6. ita hic locus expreſſus eſt. τὰς μὲν θηλείας χοίρους δοκιμάζουσϊ μεγάλας τοῖς σώμασϊν ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ποδῶν. αἱ γὰρ μικροκέφαλοι καὶ βαθυσκέλεις ἀμείνονες εἰσὶ, καὶ ὁμοχροοῦσαι τῶν ποικίλων αἱρετώτεραι.

Tum vtique ſint ceruicibus amplis.] Videtur legendum: *Tum vti ſint ceruicibus amplis*. In Gaeopon. ibidem. τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τοὺς κάπρους ἐκκρίνουσιν &c. ὅταν τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰς ἐπωμίδας ἔχωσϊ μεγάλα.

Boni ſeminis ſues animaduertuntur à facie.] Ita Legendus hic locus, & paulò poſt ita: *Si formoſae ſint ſcrofae*. nam Varro agit hic de ſcrofis.

Si potius ex his locis, vbi naſcuntur amplae, quàm exiles, paratae. Emi ſolent ſic.] Ita videtur legendus hic locus, interpungenduſq. & paulò poſt quidam legunt: *noxiſq. s. praeſtare*: addita. s. littera, quae ſolutum ſignificet. quae lectio ſi recipienda eſt, ſic legendum etiam erit cap. 5. Sed Varro alibi dixit, *furtis noxiſq. ſolutum*; quod

hic

hic non omiſiſſet. Noxis autem ſolutus dicitur is, qui nulli eſt obnoxius, ſed ſolutus eſt omni obligatione. & noxis ſolutum praeſtari ſeruum qui promittit, de priuatis noxis promiſiſſe cenſetur. Videndus Nonius in *Foria*.

Rurſus ſegregant verres.] In Gaeopon. lib. 19. c. 6. eſt. χωρίζουσιν ἐξ αὐτῆς τοὺς κάπρους, ὁρμῶντες γὰρ ἐπ᾽ αὐτὰς, καὶ σπαράττοντες, ἐκτρώσκειν αὐτὰς ποιοῦσιν.

Vſque ad quartum annum.] Videtur legendum: *vſque ad trimum*, ex Plinio lib. 8. cap. 5. ſed Columella li. 7. cap. 9. vſque ad quadrimatum durare dicit.

Ab ſuillo enim pecoris genere.] Vox, *pecoris*, videtur eſſe gloſſema. Videndus Feſtus in *Thuſci*.

Foedus cum feritur, porcus occiditur.] Hinc Virgilius dixit: *Caeſa iungebant foedera porca*. idque in veteribus monumentis inciſum non ſemel reperitur.

In coniunctione nuptiali.] Haec verba videtur adiecta ab expoſitore. & paulò poſt legendum, *ſignificantes eſſe id inſigne nuptiarũ*, pro eo, quod vulgò legitur, *ſignificantes eſſe dignum in ſignum nuptiarum*.

In Italia in ſcrobes &c.] Locus hic ita videtur legendus: *In Gallia verres terna atque quaterna millia habent ſuccidia. Sus verò vſque adeo &c.* Cato autẽ de Gallia Tranſalpina hoc dicit, non de Ciſalpina, vbi ſunt Inſubres. Quidam legũt: *In Italia in ſcrofae pernas quaternas milliaria ſuccidia.* eamq. lectionem confirmãt loco quodam ex cap. 1. li. 3. vbi ſcriptum eſt: *quàm hic apros milliarios emis*. Sed locus ille mendoſus

eſt; & legendum: *quàm hic apros macellarios eius*, vt ibi dicetur.

Pedem & III. digitos fuiſſe.] in v. c. non legitur vox, *digitos*, ſed tantum, *pedem & III.* vt fortaſſe legendum ſit, *pedem & Ƶ—* nam ea nota quadrantem antiqui ſignificabant.

Scio eſſe ſpectatum.] v. c. *Scio iſſe ſpectatum.* ſed Plautus in Mil.Glor. vulgatam lectionem exẽplo confirmat. paulò poſt legendum: *quam porculationem̃ appellant.*

Sed eos.] v.c. *ſecundo ea.* fortaſſe legendum, *ſecundũ ea*, nam pro his verbis, μετὰ ταῦτα, in Gaeoponicis verſum eſt: niſi *ſecũdo ea*, idẽ ſit. ἐάσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μητρῶν, μετὰ ταῦτα χωρίζουσι.

Porci, qui nati ſunt hieme &c.] In Gaeoponicis ita habetur: τὰ δὲ τικτόμενα διὰ χειμῶνος λεπτόθυτα γίνεται διὰ τὴν δυσκρασίαν τοῦ ἀέρος, καὶ τὸ μὴ μεταλαμβάνειν γαλάκτων ἱκανῶς, τῶν μητρῶν αὐτὰ διωθουμένων, διὰ τὸ τὰς θηλὰς σπανιζούσας γάλακτος ὑπὸ τῶν ὀδόντον ἑλκοῦσθαι. paulò poſt legendum: *& quòd matres non aſpernantur.* nam ita habet Colu.li.7.c.9.

Et limen inferius altum palmipedale.] Vox, *altum*, videtur abundare. Itéq. verba, quae paulò poſt ſequuntur, *in ſingulas.* deinde legendũ ex v. c. *arenam, aut quid item, quod exugat humorem, inijcere debet.*

Cum inſanum quem putat.] Fortaſſe ſcripſit Varro. *Cum paraſitum, inſanum quem putat &c.* Verſus Plauti ex Menaechmis citatur à Feſto in *Sacrem*: *Nummum vnum en à me accipe, iube te piari de mea pecunia.*

Porcus enim Graecum nomen eſt antiquum.] Varro

li.4.

li.4.de ling.lat. *Quod Athenis in libris ſacrorum ſcriptum eſt, κάπρῳ καὶ πόρκῳ.*

Quòd ſus Aeneae Lauini triginta porcos peperit albos.] Nonius: *Grũduleis Lares dicũtur Romae cõſtituti ad honorẽ porcae, quae triginta pepererat.*

Quod neq. mater ſola.] Vox, *ſola*, abũdat, nec eſt in vv.cc. Itẽq.vox, *lacte*, quae paulò poſt habetur.

Ac ſeorſum paſcunt.] Fortaſſe legendũ, *ac ſero paſcunt.* Hinc fortaſſe, *porci ſerarij* dicũtur à Catone tit.150. *Porcos ſerarios in oues denas paſcat &c.* deinde vox, *parentis*, abundat. nam expoſitio eſt verbi, *deſiderium*.

Ideo ad XII. *conuenire dicuntur.*] In vv. cc. eſt, *ideo ad buccinam conuenire dicuntur.* & ita videtur legendum. nam ſupra dixit. *Subulcus debet commoneſacere, omnia vt faciant ad buccinam.*

CAP. V.

Dum aſſes ſoluo Palilibus.] Vox, *Palilibus* videtur addita ab eo, qui indicare voluit, qui dies is eſſet, quo aſſes ſoluerentur. nam Palilibus, quae ſunt feriae paſtorũ, hos de re pecuaria ſermones habitos, vt ſementiuis ferijs illos de agricultura, veriſimile eſt.

Vbi nũc labar, obſeruet.] Videtur legendum: *Nuncubi labar, obſeruet.*

Vt capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet.] Plin. li.8. c. 45. *Sociũ n. laboris agriq. culturae habemus hoc animal, tãtaeq́; apud priores curae, vt ſit inter exẽpla damnatus à Populo Ro. die dicta, qui cõcubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negãte, occiderat bouẽ, actusq́; in exiliũ tanquã colono ſuo interempto.*

Buzuges.] Vidẽ⁹ Suidas in βουζύγης. Plutarch⁹ in ꝓceptis conubialib. & Apollodor⁹ li.2. περὶ θεῶν

Deniq. ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes mellis matres.] Videtur legendum, *apes dulciſſimi mellis matres*; vel vox, *apes*, abundat.

Ab eo in Faſtis dies Hordicalia nominatur.] Ita eſt in v.c. nõ vt in vulgatis, *nominantur.* nam vnus tantus in kalẽdario Romano dies habetur, qui Fordicidia dictus eſt XVII. kal Mai. vnde hic *fordae boues*, & ſupra, *forda*, eſt legendum, Velius Longus de orthographia. *Siquidem, vt teſtis eſt Varro, à Sabinis faſena dicitur. & ſicut* S *familiariter in* R *tranſit, ita* F *in vicinam aſpirationem mutatur. ſimiliter ergo, & boedos dicimus cum aſpiratione, quoniam foedi dicebantur apud antiquos: item hircos, quoniam eoſdem aequè fircos vocabant.*

Quae ſterilis eſt vacca, taura appellatur.] Feſtus: *Tauras, vaccas ſteriles appellabant, ait Verrius, quae non magis pariant, quàm tauri. Sed veroſimilius ſit ex Graeco dictas, quia Graeci vaccas, Ταύρας appellant.*

Quàm iam expertae.] v.c. *Quàm iam exactae.* nam exacta aetas opponitur integrae. Terẽt. in Andr. *Egregia forma atque aetate integra.* ſupra Varro dixit: *Si neque vetulae ſunt, neque merae agnae.* & lib. 3. c. 17. *Aetate bona parãdum, neque pullos, neque vetulas.*

Vt ſint benè compoſitae.] Videtur legendum: *Vt ſint benè compoſitis & integris membris, oblongae, amplae.* nam in Gaeoponicis li. 17. c. 2. ita hic locus expreſſus eſt: ἐυπαγεῖς σώμασι, περιμήκεις, ἐυμεγέθεις. Colu. li. 6. c. 1. ex Magone, à quo fortaſſe ſumpſit & Varro.

Subſimiſue, gibberi, ſpina leuiter remiſſa.] Videtur legen-

legẽdum: *Subſimae, ne gibberae, ſed ſpina leuiter remiſſa.* In Gaeoponicis ita. γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ἐνσίμους, μὴ κυρτὰς, ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας. & Colu. *Naribus reſimis, patuliſq. dorſo recto planoq́; & ſubſidente &c.* vt omnino videatur legendum, *ſed ſpina.*

Benè coſtato.] In Gaeopon. βαθυπλεύρους. paulò poſt legendum: *Caudam profuſam vſque ad calces vt habeant, inferiore parte frequentibus pilis, ſubcriſpiſq́; &c.* ita enim eſt in v.c. & in Gaeoponicis, οὐρὰν πολύτριχον &c.

Compactis cruribus potius breuioribus, quàm lõgis, rectis, genibus eminulis.] Ita legendum videtur, interpungendumq. ex Gaeoponicis, in quibus eſt: βραχίονας βραχεῖς, σκέλη ὀρθὰ, στερεὰ, πλατύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, μὴ πρατριβόμενα, πρὸς ἄλληλα. & Colum. *Cruribus compactis ac rectis, genibus eminulis, diſtantibus inter ſe.*

Qui diſplodantur.] In Gaeoponicis ſcriptum eſt de canibus: πόδας ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγαν, μὴ δὲ χηλὰς διεσταλμένας.

Et cuius vngues ſint leues.] Ex hoc Varronis loco videtur in Gaeoponicis ſcribendum: τοὺς ὄνυχας τελείουτε καὶ ἴσους. In vulgatis autẽ editionibus legitur: τοὺς ὄνυχας λείουσ τε καὶ ἴσους.

Colore potiſſimum nigro.] Videtur legendum: *colore potiſſimum rubeo, dein nigro, tertiò heluo &c.* Colum. lib. 6. c. 1. & in Gaeoponicis: τὰς τοῖς χρώμασι ξανθιζούσας, καὶ τὰ σκέλη μέλανα ἐχούσας.

Neque nõ praeterea vt mares ſeminis boni ſint &c.] Ita videtur hic locus legendus: *Neque non; vt*

 mares

mares boni ſeminis ſint, filiorum eſt forma ſpectanda, quòd qui ex his orti ſunt, reſpondent ad parentum ſpeciem &c. particula, *vt*, quae habetur ante verbum *reſpondeant*, non eſt in v. c. & verbũ, *refert*, videtur adiectum. ſupra cap. 4. dixit: *Boni ſeminis ſues animaduertuntur à ſacie & progenie & regione caeli*.

Liguſtici.] v. c. *Liguſci*, vt ſupra. & ita ferè in omnibus manuſcriptis libris.

Atque ad Deorum ſeruant ſupplicia.] Videndus Feſtus in *Supplicia*, & quae ad eũ locũ notauimus.

Qui Manilij actiones ſequuntur.] Manilij huius meminit Varro ſupra cap. 3. & fortaſſe is eſt, cuius cum Scaeuola & Bruto facit Cicero mẽtionem. Actiones autem dicit formulas, quaſi quoſdam rerum agendarum modos. Cicero pro Murena: *Gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, has compoſuerunt Manilius & Hoſtilius.* Vide quae ſupra notauimus ad cap. 3. huius libri.

Hieme cum hibernant.] Verba, *cum hibernant* videntur abundare: Item vox, *potione*, quae infra poſita eſt. nam in Gaeoponicis, *cibo*, tantum habetur: οὐκ ἔλαττον πληροῦσθαι τροφῆς.

Ad matrices ſeptuaginta.] Varro infra. nam apud eum duo tauri in LXX. matrib. ſunt &c. *matres* ibi, quas hic *matrices*, dixit.

A delphini exortu vſque ad dies XL.] In Gaeoponicis li. 17. c. 10. ita hic locus expreſſus eſt: ὥρα δὲ πρὸς ὀχείαν τετραπόδων ἡ ἀπὸ δελφῖνος ἐπιτολῆς τουτέστι περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ ἰουνίου μηνὸς ἕως ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Plin. li. 8. c. 45. *Coitu à delphini exortu ad prid. Non. Ianuarias, diebus*

XL. ſed

xi. ſed legendum *Iunias*, ex Varrone, & Colu. li.6.c.24. *Admiſſurã boum menſe Iunio & Iulio fieri etc.* Delphinus autẽ exoritur ante diẽ iv.Id. Iun.auctorib. Ptolemaeo, Columella, & Plinio.

Si ſtatim admiſeris.] In v.c.ſequitur, *taurum*. quae vox poteſt videri addita ab expoſitoribus. Item verba, *in cubilia*. quae paulò poſt ſequuntur, ſine dubio adiecta ſunt.

Et reÿculae reijciendae.] In Gaeoponicis ita li.17. c.10. τὰς δὲ στεῖρας καὶ τὰς ἀσθενεῖς, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκυίας ἐκβλητέον ἐκ τῶν βουκολίων.

Numerus de tauris & vaccis.] Verba, *de tauris & vaccis*, videntur abundare. & paulò poſt pro eo quod vulgò legitur, *apud eum*, fortaſſe legendũ, *apud Atticũ*. nã ſupra dixit, *habeo tauros totidẽ quot Atticus ad matrices ſeptuaginta duo*. Item poſt ex v.c.legẽdũ, *centũ vicenũ*, nõ, *cẽtũ uiginti.*

CAP. VI.

Vtique vt quàm diutiſſimè.] Videtur legendũ: *Vti quàm diutiſſimè*. & paulò poſt ſcribendum: *vt potiſſimum eos ex Arcadia emant*, vel, *cum potiſſimum eos ex Arcadia emunt*. nam malè iungitur, *to faciunt* cum *τῷ emebant*.

Helops in Rhodo.] Macrob. li.3.c.15. Colu. lib.8. c.16. *Non n.* inquit, *omni mari poteſt omnis eſſe, vt helops, qui Pãphilio profundo, nõ alio, paſcitur.*

Et è manſueto ferus nũquam.] In Gaeoponicis ita: ἔνιοι δὲ καλῶς ποιοῦντες, καὶ τοὺς ἀγρίους ἡμεροῦσι, καὶ ἔστιν αὐτῶν ἡ παιδοποιΐα καλλίστη, ἅτε μὴ καταχεκλεισμένων, ἀλλ' ἀφετῶν. ἐξημεροῦται δὲ σφόδρα τὸ ζῶον, καὶ οὐδέποτε καθάπερ τὰ ἄλλα ζῶα, ἅπαξ ἡμερωθὲν ἀγριοῦται. τὰ δὲ τικτόμενα ἐξ αὐτοῦ γίνεται ἐκείνῳ ἐοικότα.

Eligendi & mas & femina.] Voces, *& mas & femina*, videntur adiectae ab expoſitoribus. Item, quae paulò poſt habetur, *laboris*. nam in v.c. eſt tantùm, *quod remiſſione fit deterior*. Plin. lib. 8. c. 44. *Mares in remiſſione operis deteriores.*

Qui è Brunduſio, aut Apulia aſellis doſſuarijs comportant.] In v.c. non leguntur voces, *aſellis doſſuarijs*, quae videntur additae ab expoſitoribus. & fortaſſe ex, *comportant*, faciendum eſt, *onera portant*.

CAP. VII.

E queis feminas Commodius.] Videtur legendum ex v.c. *è queis Q. Modius Aequicolus vir fortiſſimus, etiam in re militari iuxta ac mares habere ſolebat.*] Nam Plin. li. 8. c. 42. ſcribit Scythas per bella feminis vti malle, quòd vrinam curſu non impedito (ſiue vt eſt in v.c.) nõ intermiſſo curſu, reddant.

Primum oportet ſpectare aetatem, quam praecipiũt. videndum ne ſint minores trimae &c.] Multa hic abundant ab expoſitoribus adiecta, & legendũ, *trium*, non, *trimae*. Sed totus locus videtur ita reſtituendus: *Primum oportet ſpectare aetatem, nè ſint minores trium, maiores decem annorum.* nam in Gaeoponicis eſt: τῷ δὲ χρόνῳ μήτε νεωτέρας ἐτῶν. γ. μήτε πρεσβυτέρας ἐτῶν. ι.

Aetas cognoſcitur &c.] Totus hic locus in Gaeoponicis habetur li. 16. c. 1. ſed *dentes*, quos Varro & Plinius *columellares* appellant, ibi dicuntur κυνόδοντες, vt fortaſſe in ea voce peccatum ſit vel à librarijs, vel ab eo qui locum Varronis vertit, nam & apud Varronem *canini dentes* paulò poſt nominantur, vnde potuit error fluxiſſe,

Quos

quos tamen auctor Gaeoponicorum ita vertit, tanquam ſi cauos legerit, non caninos. ſic enim habet: τοὺς δὲ φυομένους κοίλους ἔχει, ἐμβάντος δὲ εἰς τὸ ἕκτον ἔτος ἀναπληροῦνται τῶν πρώτων τὰ ἀνακοιλώματα. At Colum. lib. 6. c. 28. *Cum quartum agit annum, ijs qui canini appellãtur deiectis, alios offert*. Plin. lib. 11. c. 3. *Quinto anno incipiente binos amittit, qui ſexto anno renaſcuntur*.

Annos ſexdecim.] Videtur legendum: *annos decem.* Colu. li. 6. c. 29. *Nec poſtea quot annorum ſit, manifeſtò comprehendi poteſt. Decimo autem annò tempora cauari incipiunt, & ſupercilia nonnunquam caneſcere, & dentes prominere &c.* dentes autem, quos hic *brochos* Varro dicit, à Columella dicuntur, *prominentes*. & infra idem Varro: *duobus dentibus dextra & ſiniſtra paulò eminulis, directis potius quàm brochis*. Nonius in *Broncus*: *Bronci ſunt producto ore & dentibus prominentibus*. Lucilius: *Brochus Bouillanus dente aduerſo eminulo: hic eſt rhinoceros*. Lexicon Latinograecum. *Brónchus* ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ὀδυκὼς *qui ſuperiore labrö eſt tumidiore*. In argenteis denarijs deſcribitur L. quidam FVRIVS BROCCHVS, q id cognominis videtur habuiſſe, quòd dẽtibus eſſet eminulis. Vnde *Brochus* ſcriptura, non *Broncus*, retinenda eſt.

Nec membris confuſis.] Videtur legendũ: *Nec membra confuſa.* ita enim poſcit ratio τῆς συντάξεως. paulò poſt videntur deeſſe duo verba, & legendum: *auribus applicatis, ceruice molli, non anguſta, iuba crebra, ſubcriſpa, inclinata in dexteriorem partem ceruicis &c.* Nam Virgilius habet

illi ardua ceruix. & Colu.li.6.c.29. *Ceruice molli lataq́; nec lōga*. & auctor Gaeopon. ὦτα προεσαλμένα, τράχηλον ἁπαλὸν, χαίτην βαθεῖαν, οὐλοτέραν, βραχὺ κεκλιμένην ἐπὶ δεξιὰ τοῦ αὐχένος.

Lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis.] Videtur legendum: *Lumbis deorſum verſum preſſis ac latis*. Colum.lib.6. c.29. *Latis lumbis & ſubſidentibus*.

Spina maximè duplici &c.] In Gaeoponicis ita hic locus expreſſus eſt: ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰδὲ μή γε μὴ κυρτὴν.

In Graecia, Theſſalici; in Italia, Appuli ac Roſeani.] Ita hic locus videtur legēdus ex loco ſimili, infra, in quo eſt: *Itaque à regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini*.

Duodecimo enim menſe die decimo aiunt naſci.] In Gaeopon. ita: φέρει γὰρ κατὰ γαστρὸς ἡ ἵππος ια. μῆνας, καὶ ἡμέρας .ι. Paulò poſt videtur legendum: *Quae poſt id tempus naſcuntur*. nam in Gaeoponicis eſt: τὰ δὲ μετὰ τροπὰς τὰς χειμερινὰς κυϊσκόμενα, δυσγενῆ γίνεται καὶ ἀχρεῖα. *Peroriga* autē docti viri mutant in *pruriga*, verbum, vt videtur, ductum à pruritu.

Videndum ne aut laborent pluſculum.] In Gaeoponicis ita habetur: ὅταν δὲ συλλάβωσι, προσεκτέον ὅπως μὴ μοχθῶσι πλέον τοῦ δέοντος. Malè autem in vulgatis editionibus legitur, μιχθῶσι.

Praegnantem neque implere cibo.] Videtur legendum *impleri*, non, *implere*. & paulò poſt: *Cum matribus in pabulum prodigendum, ne vngulas comburat ſtercus tenellum*. nam in v. c. pro *cauendum*, legitur, *tenebat*: quod verbum ex voce *tenellum* videtur factum. ſic enim habetur lib.

1. c. 41. *Tenellum enim cito facit putum. ob id enim pullos è ſtabulis cum matribus prodigunt, ne ibi ſtercus vngulas tenellas eorum adurat.*

Eoſque cum ſtent.] Videtur legendum: *Eoſque cum ſtabulantur*. niſi forte verbum *ſtent*, idem valet paulò poſt legendum, *& audire crepitus*, deletis vocibus, *è motu*, quae additae ſunt ab expoſitoribus.

Quod quarto die feceris.] Videtur deeſſe vox, *decimo*: vt ſit, *Quod decimo quarto die feceris*, ſupra enim dixit, *ab vndecimo die ad quartum decimum dandum ordeum &c.*

Neque enim eodem modo paratur ad ephippium, vt ad praedam.] Vox, *praedam*, videtur mendoſa, & fortaſſe, *rhedam* pro ea reponendum. Voces autem quae ſequũtur, *quòd ibi ad caſtra*, videntur adiectae: & *caſtrarentur*, non, *caſtrentur*, legendum. Item placeret, *ἱππουατροὶ*, vt eſt in v. c non *κληνιατροὶ*.

Vterque eorum ad vſum vtilis, partu fructu ventre.] Videtur legendum: *ad fructum neuter*, non, *partu fructu ventre*. & paulò poſt ſcribendum: *quòd id lacte, quàm aſininum dicunt eſſe melius*. nam verba, *ac alia omnia*, videntur adiecta.

Hic ita eductus ab initio.] Totus hic locus ita videtur legendus: *Nam ita eductus, à trimo poteſt admitti: neque enim aſpernatur propter conſuetudinẽ equas. Nam minorem ſi ad miſeris &c.* Colu. li. 6. c. 37. *Sed non oportet minorem, quàm trimum admitti.*

De aſinis quemq́; ampliſſimũ.] Videtur leg endũ: *De aſinis quàm ampliſſimũ et formoſiſſimũ eligũt etc.* nã verba, *quẽ habere poſſunt*, vidẽtur abũdare. Itẽ

vox,

vox, *natus*, quae paulò poſt habetur, gloſſema eſt. legendum autem *trecenis*, non, *tricenis*, vt ſupra diximus.

CAP. IX.

Quod ad canes attinet.] Videtur legendum: *Quod ad omnes attinet*. vel ſi longius diſcedere liceat, poteſt ita legi: *Relinquitur* inquit *Atticus de canibus, quod attinet maximè ad nos &c.*

Dicam de eo ad formam artis à te diſpoſitam in nouē partes.] Ita videtur hic locus legendus. nam Atticus adhuc loquitur.

Oculis nigrantibus.] In Gaeoponicis eſt, μελανοφθάλμους, μυκτῆρα ὡμέχρουν ἔχοντας. & paulò poſt legendum: *& ſiniſtra paulò eminulis, directis &c.* deleta dictione, *ſuperioribus*, quae gloſſema eſt.

Ac potius vari, quàm vacijs.] Feſtus: *Valgos Aurelius intelligi voluit, qui diuerſas ſuras habent: ſicut è contrario vari dicuntur, incurua crura habentes*. In Gaeoponicis eſt: πόδας μεγάλους, ἐνδὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους.

Quòd in tenebris ſpecie leonina. Praeterea feminas.] Videtur legendum: *Quò in tenebris ſpecie leonina perterreat, feminas &c.* At in Gaeoponicis illud, *praeterea*, habetur: προσέτι δὲ μεγαλομάστους, τὰς τ' ἀπ' αὐτῶν θηλὰς ἰσομεγέθεις ἐχούσας. Sed totus hic locus ita fortaſſe legendus: *Quò in tenebris eos à lupis paſtor diſcernat, radiantibus oculis etiam in tenebris ſpecie leonina*. Colu. li. 7. c. 12. *Paſtor album probat &c. ne ſi non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo canem feriat &c.* Nō enim quòd color ſit albus, ſpecies in tenebris leonina apparet, ſed propterea color albus probatur,

batur, vt in tenebris à lupo diſcerni queat. paulò poſt legendum, *cani*, vel *canibus*, appoſita interrogationis nota poſt verbum *aſſueſcit*?

Paſtores, vt deduxerunt in Metapontinos ſaltus.] Videtur legendum: *& paſtores, vt deducerent in Metapontinos ſaltus*, hoc eſt, in ſaltus tantum vt greges perducerent, non vt perpetuò manerent.

Niſi quòd hic vtiliter exceptum eſt.] Videtur legendum, *aliter*, vel *vti*, pro eo quod vulgò habetur, *vtiliter*.

Paſcitur enim è culina.] Videtur legendum: *Paſcitur enim iure, & oſſibus, non herba & frondibus.* nam, *iure*, eſt in v. c. vt, *è culina*, videatur additum. ſupra cap. I. *Dant etiam ius ex oſſibus, & ea ipſa oſſa contuſa:*

Niſi ſi, vt putant quidam, etiam illuc peruenerint.] Ex veſtigijs veteris ſcripturae ita hic locus reſtituendus videtur: *Niſi etiam illuc peruenerint, μύθον vt tollant antiquum, vel etiam vt aperiāt, & in dominum afferant dentes &c. Aperire fabulam* eſt oſtendere, quae ſit ſignificatio. Significat autem niſi cibus canibus praebeatur, eò peruenturos, vt in pecus ipſum faciant impetū. hoc enim eſt, afferre dentes in dominum, & aut antiquam fabulam Actaeonis, aut eius allegoriam aperiant. Nonius in *occupatus*, citat Varronis locum ex Ephebo: *Crede mihi, plures dominos ſerui, quàm canes comedere. quòd ſi Actaeon occupaſſet, vt ipſe prius ſuos canes comediſſet &c.* Poteſt etiam legi, *vt prouerbium illud antiquum aperiant.* nam βου λιμιῷ κύων & cetera, videntur adiecta.

Principiū admittendi faciunt veris rincipio. Placeret,

ceret, *initio*, non, *principio*, ne bis eadem vox repetatur.

Tunc enim dicuntur catulire.] Verba quae ſequuntur, *ideſt oſtendere ſe velle maritari*, nemo non videt gloſſema eſſe, & quidẽ ſatis inepti Grammatici. Plin.li.16.c.25. *Catulitionem ruſtici vocant, geſtiente natura ſemina accipere &c.* Laberius lacu Auerno: *Scinde vnam exoleto impatienti catulientem lupam*. Plautus: *Meam vxorem vidi catulientem*. ſed de canibus propriè dicitur.

Quae cum admiſſae.] Videtur legendum: *Quae tunc admiſſae &c.* hoc eſt, *veris initio*.

Quàm pauciſſimos reliqueris, tam optimi &c.] Sic Cato locutus eſt tit.64. *Quàm citiſſimè cõficies, tam maximè expediet.*

Quo fiant ſegniores.] Videtur legendum: *Quo fiunt ſegniores*: vel, *ne fiant*. In Gaeoponicis ita: καταβαρεῖσθαι δὲ οὐκ ἐῶσι, χάριν τοῦ μὴ δειλιᾷν, μηδὲ καταπλώσσειν.

Perungunt aures, & inter digitos.] In Gaeoponicis ita hic locus expreſſus eſt: περιχρίουσι δὲ τοὺς σκύλακας ἀμυγδαλῆς πικρᾶς μετὰ ὕδατος τετριμμένης παρὰ τὰ ὦτα καὶ μεταξὺ τῶν δακτύλων.

Quae intra capita inſuitur.] Videtur legendum: *quibus intra inſuitur &c.* & paulò poſt: *ideſt marem & feminam*, non, *& id marem & feminã.* Item: *Cum circunſpiceret ne quid praeteriſſet.* nam vox, *Atticus*, non eſt in v.c.

CAP. X.

Quàm eos, qui quotidie ad villam redeunt.] Ita videtur legendũ, ceteris omiſsis. Itẽ paulò poſt, *magi-*

magiſtro, deleta voce, *pecoris*, quae gloſſema eſt. Verba etiam quae ſequuntur, *potius quàm alios*, videntur eſſe ab expoſitoribus adiecta.

Galli appoſiti, ſed maximè ad iumenta.] Vox, *ſed*, non eſt in v. c.

Furtis noxiſq́; ſolutum.] Vlpianus in L. Aliud D. de verb. ſignif. *Aliud eſt promittere furem non eſſe, aliud furto noxaq́; ſolutum. Qui enim dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur: qui furtis noxaq́; ſolutum, nemini furti obligatum promittit.*

Dupla promitti, aut ſi ita pacti, ſimpla.] Videndum lexicum iuris. nam ſimpla promitti dicebant, cum ob euictionem ſimplum rei pretium promittebatur: dupla verò, cum duplum.

Debet eſſe interdiu ſeparatim vniuſcuiuſque gregis.] Videtur legendum: *interdius*. ſic li. 1. c. 9. & Cato tit. 83. *Marti Siluano in ſilua interdius in capita ſingula bouerum votum facito.* Vox autẽ, *gregis*, videtur abundare.

Non cedant viris.] Videtur legendum *cedunt*, *non cedant*. & totus hic locus ſic legendus: *Quae in opere multis regionibus non cedunt viris.* nam dictiones, *vt in*, non leguntur in v. c. paulò poſt legendum ex v. c. *& nutrices & matres eſſe. ſimul aſpicit ad me &c.* Item *eiuncidas*, non, *mucidas*, ex eodem v. c. licet varient inter ſe vetuſta exemplaria in hac voce.

Nam in Illyrico hoc amplius.] Videtur legendum: *Nam in Liguſtico*, ſiue vt Varro ſolet, *in Liguſco*, nam ſupra de Liburnia, quae eſt pars Illyriae locutus eſt. de Liguribus autem haec ſcribit Ariſtoteles, ſiue quis alius, in libro περὶ θαυμασίων

ἀκου-

ἀκουσμάτων: ἴδιον δὲ φασὶ καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι, αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, παραχρῆμα σκάπτουσι, καὶ σκάπτουσι, καὶ τὰ ἄλλα οἰκονομοῦσι ἃ καὶ μὴ τικτούσαις αὐταῖς ἦν πρακτέον. Idē de Maſsilienſibus tradit Strabo, qui ſunt Liguribus finitimi.

Nonnunquam annorum viginti.] Videtur legendũ, *quadraginta*, non, *viginti*. nam aetas annorum viginti non eſt tam grandis, *vt nonnunquam* de ea dicendum fuerit.

Vt ſine medico.] in v.c.eſt; *& ſine medico.* & paulò poſt videtur legendum, *nequaquam*, non, *nec quicquam*.

In gregibus ouium, ſed magnis.] v.c. *Greges ouium, ſed magni, quos milliarios faciunt quidam.* & paulò poſt videtur legendum: *quàm minores, vt ſunt Attici & mei. Septigenarij &c.*

Nec tamen non vt nos arietum.] Videtur legendum: *Neque tamen vt non arietum &c.* nam in Gaeoponicis ita habetur. ἱκανὸς δὲ εἷς κριὸς. ν. τοκάδας ἐγγύους ποιεῖν. niſi fortè ibi, ν. pro. ι. errore librarij ſcriptum ſit.

Vtique vterque horum vt ſecum habeat equas domitas ſingulas &c.] Ita hic locus videtur legendus: *Vti vterque horum vt ſecum habeat equas domitas ſingulas, & in ijs regionibus, in quibus ſtabulari ſolent, & in ijs, quò aeſtiuatum aut hibernatum ſolent abigere, vt in Apulia &c.* Error fluxit ex verbo *ſolent*, quod bis poſitum eſt. Varro ſupra: *Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium aeſtiuatum: muli è Roſea campeſtri aeſtate exiguntur in Gurgures*

altos

montes, ſiue vt nos legimus, *in querqueros montes*: Idē Varro ſuprà: *Nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aeſtiuabant*. & infra li.3. c.17. *Vt Apuli ſolent pecuarij facere, qui propter calores in montes Samnios pecus ducunt*.

CAP. XI.

Sed inquam ſi quid adieceris &c.] Ex veſtigijs veteris ſcripturae ita hic locus videtur reſtituendus: *Si quidem adieceris, inquam, de extraordinario peculium fructu, vt praedictum eſt, de lacte, inquam, & tonſura lanae. Lacte eſt omnium rerum quas cibali cauſa capimus, liquentium maximè alibile &c.* cibali cauſa dixit eodem modo, quo Terentius in Adelphis, *ego illam liberali aſſero cauſa manu*. Alibile verò, τροφιμώτατον dixit Dioſcorides li.2. c.78. de lacte muliebri.

Id quod à viridi paſcuo.] v.c. *paſtu*. Deinde legendum: *Et eò magis ſi vſae eis herbis, quae eaedem ipſae ſumptae perpurgare corpora noſtra ſolent*. & ita ferè v.c. Dioſcorid. lib.2. cap.75. γάλα τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλον ἐςὶ μαλακτικὸν κοιλίας. & paulò poſt: πᾶν δὲ γάλα κοιλίας ἢ ςομάχου ἀνατρεπτικὸν, ὅπου ἐςὶ νομὴ σκαμμωνία, ἢ ἐλλέβορος, ἢ λινοζῶςις, ἢ κλημάτις.

A mulgendo &c.] Videtur legendum: *A mulgendo, quòd optimum eſt id, quod neque longè abeſt, neq. à partu continuò eſt mulctum &c.* Nam Ariſtoteles, ex quo Varro corrigitur, li.3. c.20. de hiſtoria animalium tradit, omne lac vtile eſſe, ſed primum nouiſsimumq. inutile. Error autem inde fluxiſſe videtur, quòd expoſitores ad verba, *longè abeſt*, addiderunt, *à mulſo*, dum volūt

 ſigni-

ſignificare, melius eſſe lac recens, quodq. à mulſo non longè abeſt, quàm ſit id, quod non eſt ita recens.

Non vſquequaque idem fit.] Interpungendum videtur poſt vocem, ***idem***, & delendum verbum, ***fit***, quod abundat. deinde quaſi ab alio principio legendum: ***In lactis duobus congijs.***

Et acetum.] Haec vox ſuſpecta eſt; & fortaſſe pro ea, reponendum ***cnecum***, de quo Dioſcorides lib.4.c.190. πύξει δὲ τὸ γάλα ὁ χυλὸς τοῦ σπέρματος &c. & Colu.li.7.c.8. ***Id plerumq́; cogitur agni aut hoedi coagulo, quamuis poſſit & agreſtis cardui flore cōduci, & ſeminibus cneci.*** (ſic enim eſt in v. c.) ***nec minus ficulneo lacte, quod emiſit arbor, ſi eius virentem ſaucies corticem.*** κνήκων appellatur à Theophr. Sed vulgatam Varronis ſcripturam tuetur Dioſcorides alio loco. nam li.2.c.72. docet aceti mulſi ſingulos cyathos in ſingulas cotylas lactis addi, vt coeat.

Quod Graeci appellant alij ὀπὸν, ***alij*** δρακόντιον.] In Gaeoponicis ita: οἱ πολλοὶ πήσσουσι τοὺς τυροὺς τῷ πρῶτον τινες ὀῤῥὸν, ſiue, ὀπὸν καλοῦσι. οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν γεωργῶν, πιτύαν αὐτὸ ὀνομάζουσι. κάλλιον δὲ ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ ἅλες δὲ φρικτοὶ πήσσουσι γάλα, καὶ συκῆς ὀπός.

Et pro lactentibus.] Videtur deeſſe vox, ***bidentibus***, vt ſit: ***& pro bidentibus, lactentibus***. Nam alijs Dijs, hoſtijs bidentibus & vino litabant: Rumiae verò, lacte & hoſtijs lactētibus. Varro, Cato vel de liberis educandis apud Nonium: ***Hiſce manibus lacte fit non vino, Cuninae ꝑpter cunas, Ruminae propter rumam, ideſt, priſco vocabulo mammam, à quo etiamnum ſubrumi dicūtur agni.***

Plu-

Plutarch. probl. 57.

Mammaeenim rumis, ſiue rumae.] Videtur legendum: *Mamma enim rumis, ſiue rumina, vt ante dicebant: à rumi inde dicuntur ſubrumi agni lactentes &c.* nàm voces, *à lacte,* abundant. Feſtus in fragmento. *Mamma autem rumis dicebatur &c.* Sed Feſti fragmentum hinc ſuppleri poteſt hoc modo. *Agnos lactentes ſubrumos vocant &c.* nã Varro ſupra ſic ait: *Vt qui appellantur ſubrumi, ideſt, ſub mamma. antiquo enim vocabulo mamma, rumis.* Videndus Feſtus in *Subrumari.*

Quin aſpergi ſolent ſales.] Videtur legendũ: *Qui inſpergi ſolent ſales &c.* paulò poſt, in v.c. eſt: *adiuncta cera alba,* non, *admiſta cera alba.* & verbũ *iniectam,* videtur abundare. Item v.c. habet, *adlinunt,* non, *obliniunt.*

Quod languidae minus radices lanae retinent.] Vox, *lanae,* videtur abundare.

Nomen id Cilicas adieciſſe dicunt.] Videtur legendum: *Nomen id Cilicijs adieciſſe. Cum ille hoc, neque quiſquam abnutaret, ſimul Vituli &c.* nam verbum, *dicunt,* eſt ab expoſitoribus adiectum. Item vox, *Coſſinius*, cum ipſe adhuc loquatur, gloſſema eſt. deinde legendum: *Itaque diſcedimus ego, & Scrofa in hortos ad Vitulum Niger Turrani noſter, alij partim domũ, partim ad Maenatem.* Nam liber hic II. ad Turranium Nigrũ miſſus eſt. III. ad Q. Pinnium. I. ad Fundaniam vxorem. Vide ſupra. & li. 3. c. 2. Maenatem autem ſcripſimus ex cap. 1. & 8. huius libri.

NOTAE AD LIBRVM III. M. VARRONIS DE RE RVSTICA.

CAP. I.

Graecum.] Videtur legẽdum, *in Graecia.* nam paulò poſt dicit, *in agro Romano.*

Nam in hoc nunc denique.] Dictio, *nunc*, videtur adiecta ab expoſitore. nam idem eſt quod ſequitur, *in hoc:* infra dixit, *in hoc ad te mitto*, id-eſt, nunc.

Septingenti ſunt paulò plus, aut minus anni.] Verùm id fuit Varronis aetate, non Ennij, qui mortuus eſt a.v.c. 585. Q. Marcio Philippo, Q. Seruilio Caepione cos, Varro autem 726. vt ſcribit Euſebius. è quo numero ſi demas nouem (nam vixit annos ferè nonaginta, ſcripſit autem hos libros natus annos octoginta, ſiue vt Plinius ait, anno vno & octogeſimo) anni vrbis erũt paulò minus 717.

Eae tamen circiter duo millia annorum ſunt.] Videtur legendum: *Ea tamen circiter duo millia annorum ſunt.* Arnob. li.5. *Varro ille Romanus etc. docet ab diluuij tempore, vſque ad Hirtij conſulatum, annorum eſſe millia nondum duo &c.* Fuerunt autẽ Hirtius & Panſa cõſules a.v.c. 710.

Quòd diuina natura dedit agros, ars humana aedificauit vrbes.] Voces, *diuina & humana*, videntur adiectae ab expoſitoribus. paulò poſt, *poſſint*, videtur poſitum pro, *poſſent*, vt li.4. de ling.

Lat.

Lat. *Aut id genus vbi paſci poſſit pecus.*

Ex vrbe in agris.] v.c. *in agros.* Cic.li.2. de legib. ait Theſeum Atticos demigrare ex agris, & in aſtu, quod tunc appellabant, omnes ſe conferre iuſsiſſe. At Columella tradit maiorum aetate proceres etiam ciuitatis in agris morari ſolitos.

Et in bello ab his tuebantur.] Hoc verbo vſus eſt Vitruuius in praefatione libri 8. ſub eadem ſignificatione, cum ait: *Res omnes non ali ſine elementorum poteſtate, neque creſcere, nec tueri.*

Nec minus oppidi quoque nomen Thebae &c.] Videtur legendum: *Nec minus Thebae &c.* nam cetera ſunt ab expoſitoribus adiecta.

Vocant acolis Thebas, & in Sabinis quò è Graecia &c.] Videtur legendum: *Vocant collis tebas, & in Sabinis, qui è Graecia &c.* Sed huius lectionis fides ſit penès vetuſta monumenta.

Altera villatica.] Multa hic ab expoſitoribus addita ſunt. quare totus locus ita videtur legendus: *Altera, quòd humilis videretur, à quibuſdam adiecta ad agriculturam, neque explicata ſeparatim, quod ſciam ab vllo.*

Parum putaſſes eſſe.] Videtur legẽdum: *Parumq́; putaſſes eſſe, ni tuis quoque litteris exornati parietes eſſent: ego quoque quò ornatior ea eſſe poſſet fructu, quàm ſumptu &c.* nam infra dixit, *delicijs ſumptuoſior.* Verba verò, quae ſequuntur, *de ea re,* abundant. In fine capitis in vv.cc. adduntur haec, quae in vulgatis libris deſiderantur: *De quibus exponendis initium capiam hinc.* & fortaſſe legẽdum, *incipiam hinc.* nam ſic alibi locutus eſt ſupra lib.2. *Incipiam hinc.* & li.6.

de ling. Lat. *Si quid excidit &c. incipiam hinc*. & li.7. *Prima parte expoſita, de ſecunda incipiam hinc*. & li.8. *Haec nunc ſtrictim dicta, apertiora fient infra, incipiam hinc*.

CAP. II.

Dum dirimuntur, inquit, ſuffragia.] Ita legendum, quamuis in vv. cc. ſit, *dum diribentur*. & infra cap.5. legendum item, *dirimerent*. nam ibi v.c. habet, *diriperent*. Lucan. lib.5.

Et non admiſſae dirimit ſuffragia plebis. Cic. li.3. ad Q. Fratrem ep.4. *Cato diremptis tabellis*.

Quàm priuati candidati tabella, dum ita aedificemus nobis?] Videtur legendum: *Quàm priuata candidati tabella* (ſiue potius *vmbella*) *vmbrificemus nobis?* Tabellam enim, ſiue vmbellam, candidati tabernaculum, ſiue vmbraculum intelligit, quod in cāpo Martio tendebāt, vbi cōuenirēt, & ſe à ſole & pluuia defenderēt. Feſtus: *Vmbrae vocātur Neptunalib. caſae frōdeae pro tabernaculis*.

Qui conſulit, & qui cōſulitur.] Videtur legendum: *& cui conſulitur*. nam Varro ſcripſit *quoi*, non, *cui*, vnde factum eſt, *qui*.

M. Petronius Paſſer.] *Paſſer*, cognomen eſt Caetroniae familiae in hac vetuſta inſcriptione. Q. CAETRONIVS. Q. F. PVB. PASSER. Itaq. apud Varronem hoc loco, *Caetronius* ſcribendum putamus. deinde legendum: *Appius Axſio*.

Ad lacum Velini.] Haec verba videtur adiecta ex loco inferiori, vbi eſt, ad angulum Velini. & deinde legendum: *quàm aedificarūt maiores noſtri*. item: *nuncubi*, vnica dictione.

vbi cenſores cenſu admittant populum.] Videtur legendum: *cenſum*, hoc eſt, vt cenſeatur. Liui. libro

bro 4. *Villam Publicam in Campo Marcio aedificauerunt, vbi primum cenſus populi eſt actus.*

Aut Antiphili.] In v.c. eſt *Antiphilu*, quod poſitum eſt pro *Antiphili*, vt, *Menandru, Apollodoru*, & , in veteribus numiſmatibus, *Aſſoru*.

Cum villa non ſit ſine fundo.[Videtur legendum, *illa*, non, *villa*. deinde abundat vox, ***cultura***. itẽ verbum, *habet*.

Aut in Aemilianis.] Ad hunc locum maximè faciunt quae ſupra notauimus cap. 2. lib. 1. vbi de Aemilianis.

Quem mihi quadraginta millibus.] Supra notauimus legendũ eſſe, *quadringentis millibus*, ex Plin. lib. 18. cap. 43. verba verò, *Oſtiae*, *in litore*, vereor ne adiecta ſint. Item videtur legendum *acceſſiſſe*, non, *accepiſſe*, vel, vt eſt in v. c. *accediſſe*; quod tamen pro acceſsiſſe poſitum eſt, vt lib. 2. *diſcedimus* habetur, non *diſceſſimus*.

Nihilo magis torcula, vaſa vindemiatoria.] Videtur legendum, *torcula vaſa*. nam vox, *vindemiatoria*, gloſſema eſt. Cato tit. 12. *Vaſa torcula.*

Et quid igitur, inquit, eſt iſta villa?] v. c. *Ecquid igitur eſt villa iſta?* deinde videtur legendum: *Num minus villa illa tua erit ad angulum Velini.*

Quae eſſet ſimplex, quàm eam, quae eſſet polita, & rogaſſet &c.] Ita videtur hic locus legendus, nam cetera ſunt adiecta ab expoſitoribus. deinde legendum: *Quid? inquit, ſi propter paſtiones tuus fundus in Roſeo probandus, & quòd ibi paſcitur pecus, ac ſtabulatur, rectè villa appellatur, haec quoque &c.*

Quae ad villam Seij in aluearijs &c.] Ita legendum ex v.c. nam in vulgatis deeſt nomen Seij,

 quod

quod tamen neceſſariò requiritur, cum infra ſit: *Niſi ſi apud Seium Siculum ſit mel Corſicum in Reatino.*

Et num pluris nūc tu illic natos verres lanio vendis, quàm hic apros macellario Seius?] ita planè eſt in v. c. & ita legendum expunctis vocibus, *è villa*, quae ſunt adiectae. Apros macellarius vēdebat: ſues verò lanius, ſupra lib. 2. *Deinde it retrò quoad perueniat ad lanium. hic enim conciliator ſuillae carnis datus populo.*

Mel corſicum.] Dioſcorid. lib. 2. cap. 102. τὸ δὲ ἐν σαρδωνίᾳ γινόμενον μέλι πικρὸν διὰ τὴν τοῦ ἀψινθίου νομὴν. De Siculo melle infra ſic: *propter hoc Siculum mel fert palmam, quòd ibi thymum bonum & frequens eſt.* Virg. *Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti.*

Poſſe apud te fieri.] v. c. *Poſſe ad te fieri, quod videtur poſitum pro, apud te.* Verba, *Seianas paſtiones*, videntur abundare.

Duo enim genera.] Vox, *enim*, videtur otioſa. & paulò poſt legendum, *hoc Seius*, non, *quos Seius*. Item verba, *è villa*, videntur addita ab expoſitoribus.

Qui eſt ad quartum & viceſimū lapidem.] Ita Caeſar locutus eſt li. 1. bell. ciu. *Pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia paſſuum circiter* III. pro, aberat.

Atque in hac villa.] Videtur legendum: *Atqui in hac villa &c.* De hac re ita Colum. lib. 8. c. 10. *M. Terentius ternis ſaepè denarijs ſingulos turdos emptitatos eſſe ſignificat auorum temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulum. At nunc aetatis noſtrae luxuries quotidiana fe-*

cit haec pretia.

Excandeſaciebant annonam macelli.] Vox, *macelli*, videtur eſſe gloſſéma. deinde legendum: *Reliquis annis omnibus, ſi hāc ſpectabis ſummam, ſpero tibi non decoquet ornithon, neque hoc accidat his moribus, niſi rarò; ne decipiaris.*

Quae nunc innumerabiles incendunt annonam.] Videtur legendum: *innumerabilia. intendunt* autē licet ſit in v. c. & eodem verbo vſus ſit Varro ἐν ταφῇ μενίππου, cum dixit: *Edones Romani vt turba intendant annonam &c.* retinemus tamen vulgatam lectionem, quòd ſimili translatione ſupra dixerit, *excandefaciebant annonam.*

Sed & propter luxuriam.] Ita videtur legendum, cum in vulgatis deſit particula, *&*. deinde inducenda vox, *paſtionibus*. Item expungenda verba quae paulò poſt habentur, *è villa*. nam ſunt adiecta.

E piſcinis eius quadraginta millibus ſeſtertijs.] Videtur legendum: *E piſcinis eius* XXXX *ſeſtertium*, hoc eſt, quadragies ſeſtertium. nam Plinius in emendatis codicibus lib. 9. cap. 54. de Lucullo ſic ait: XXXX HS *è piſcina defuncto illo veniere piſces &c.* ideſt, noſtrorum aureorum, centum millium. & ita corrigendus Columella, qui ſic habet lib. 8. c. 16. *Attamen ijſdem temporibus hanc memorabat Varro luxuriem, vt tunc fuit Scipionis Metelli. Maximè laudabatur ſinceritas Catonis, qui nihilominus & ipſe tutor Luculli, grandi aere* XXXX HS *piſcinas pupilli ſui venditabat &c.* Columella id grande aes appellauit. Macrobius item corrigendus lib. 3. cap. 15. cum inquit: *M. Varro in libris de agricultura refert*

fert M. Catonẽ, qui poſtea Vticae periit, cũ haeres teſtamento Luculli eſſet relictus, piſces de piſcina eius XXXXHS *vendidiſſe &c.* Atqui quadringẽta millia ſeſtertiũ illa aetate grãde aes non dicebatur, ne dum quadraginta millia, vt hic legitur.

Qui ſimul ac promiſeris mineruál.] S. Hieronymus ad cap. 6. ep. ad Epheſios: *Et quod pauper obtulerat, hoc in Kalendariam ſtrenam, & Saturnalitiam ſportulam, & Mineruale munus Grammaticus & orator cõuertit.* Tertullian. in li. de idololatria. *Quis ludi magiſter, ſi non tabularia idolorum, Quinquatria tamen frequentabit. ipſam primum noui diſcipuli ſtipem Mineruae & honori & nomini cõſecrat, et ſtatim tã Mineruale Mineruae, quàm Saturnalia Saturni &c.* Ouid. lib. 3. Faſt.

Vos quoque Phoebaea morbos qui pellitis arte,
Munera de veſtris pauca referte deae. Sigillatim enim oẽs artifices munera Mineruae ferebãt: munus aũt dicebãt Mineruál: qđ ẽt diſcipuli & ſtudioſi liberaliũ artiũ pceptorib. ſoluebant.

CAP. III.

Eius diſciplinae genera ſunt tria. *Villaticae paſtionis genera ſunt tria*, legit Agellius, qui li. 2. c. 20. citat hunc locum. & paulò poſt habet, *vbi ſoli lepores*, non, *ſoliti*.

Harum ſingula.] Videtur legendum: *Horum ſingula.* deinde legendum: *altera ſpecie ſint, quae non &c.* item: *alteram extra villam.* vox autẽ, *aquatilis*, gloſſema videtur.

De his ſex partib. adhuc.] Videtur legendũ: *Ad has ſex partes iſta tria genera artificum cõparanda aucupes, venatores, piſcatores, aut ab his ſumenda, quae tuorũ ſeruorum diligẽtia tuearis in fetura ac*

partu

partu et nutricatu,ſaginiſq́, in macellũ vt pueniãt.

Aſſumenda.] Videtur legendũ: *Aſſumendũ*: nã ita ſolet Varro loqui. exempla peti poſſunt ex locis ſuperioribus.

Prima ea.] Videtur legẽdũ: *primò,quae in villa etc.* deĩde ſcribendũ: *ſecũdò q̃ ad villã uenationis cau ſa cludũtur.* nam vox, *maceria*, gloſſema videtur.

Tertia.] Videtur legendũ: *Tertiò*; & poſt vocem, *antiqua*, videtur deſiderari verbum, *conſtruxit*, aut aliquid tale,vt ſit: *Superiores quos frugalitas antiqua conſtruxit*.

Apri fuerunt multi.] Legendum cum nota interro gationis, *multi*? deinde videtur ſcribẽdum: *quis habebat*, vel potius, *quis habuit.*

Quis cõtra nũc Rhinthon.] Vidẽdus Colu.li.8.c.16.

Minidium.] v.c.*Vmmidium*, cuius familiae mentio eſt in hac vetuſta inſcriptione apud me. VMMIDIAE. MANES. TVMVLVS. TEGIT. ISTE. SIMVLQVE. PRIMIGENI. VERNAE. QVOS. TVLIT. VNA. DIES. NAM. CAPITOLINAE. COMPRESSI. EXAMINE. TVRBAE. SVPREMVM. FATI. COMPETIERE. DIEM. VMMIDIA. C. F. ET. P. VMMIDIO. PRIMIGENIO. VIX. AN. XIII. P. VMMIDIVS. ANOPTES. FECIT.

Sic noſtra aetas.] Videtur legendum: *Noſtra inquam luxuria propagauit &c.* deinde ſcribẽdum: *Licinius Murena*, ex Colum. li. 8. c.16. Macrobio, & Feſto, & alijs.

CAP. IIII.

Ut aiunt poſt principia in caſtris.] Vo ces, *in caſtris*, vidẽtur adiectae ab expoſitore, & fortaſſe legẽdum, *à poſt principijs*, ideſt, ab his incipiendum temporibus. nam illud, *potius*, abeſt à vv. cc.

Con-

Coniunctum aviarium.] Videtur abundare verbum. *coniunctum.* & paulò poſt legendum ex v. c. *aues videre volitantes, quantum offendit alienus odor, qui opplet nares.*

CAP. V.

De hoc ornithone.] v. c. *de ornithone.* & paulò poſt ex eodem v. c. legendum: *Quidã cum eo adijciunt alias quoque. Miliarias* autem dixit, quòd milio paſcantur. Didymus in Gaeoponicis. lib. 14. c. 15.

Caduca, quae abundat.] Verba, *quae abundat,* gloſſae ſunt vocis, *caduca,* Frontinus li. 2. *Aquam quae ex lacu abundat, nos caducam vocamus.* & fortaſſe abundant voces, *per fiſtulam,* additae & ipſae ab expoſitoribus.

Tantum luminis habere oportet.] Verbum, *oportet,* videtur abundare: nam oratio pendet ab eo, quod dixit, *aquam venire oportet per fiſtulam.* deinde legendum, *praeterea perticas,* ſine particula, *&c.*

Modicis interuallis perticis annexas ad ſpeciem cancellorum ſcenicorum.] Ita videtur legendum, addita voce, *perticis,* poſt verbum, *interuallis,* & expũctis vocibus, *ac theatri,* quae ſunt adiectae.

Curator ſeruare ſolet.] v. c. *Solet ibidem ſeruare.* deinde legendum: *quod eſt coniunctum cum maiore, maiore oſtio &c.* nam vox, *maiore,* omiſſa eſt à librario, quaſi repetita, otioſa foret. paulò poſt videtur abundare verbum, *aduenticio.*

Sexaginta millia.] Videtur legendum: *Sexaginta illa.* nam reſpexit ad locum ſuperiorem, in quo eſt: HS *enim ſexaginta millia ſirceliina excandere me fecerunt &c.*

Tum

Tum mihi, tu dic illud.] Ex v.c. legendum, *Mihi tunc dic illud &c.* deinde verba, *inuentoris noſtri* videntur expungenda, nam ſunt ab expoſitoribus adiecta.

M. Lenij Strabonis.] Plin. lib. 10. c. 50. *Auiaria primus inſtituit incluſis omnium generũ auibus, M. Laelius Strabo equeſtris ordinis Brundiſij.* Fortaſſe apud Varronem legendum, *M. Laelij.*

Et è villa in villam.] Videtur legendum: *Et è villa in inſulam.* nam ſequitur: *directum ab inſula, quae eſt ab imo fluuio.* ita enim legendũ, deletis vocibus, *ad muſaeum.* Colu. lib. 8. c. 16. *Vmmidius hoſpes Caſini Philippo formoſum piſcem è vicino fluuio dicitur poſuiſſe.*

Patet in latitudinem P. XLVIII.] Haec verba alieno loco poſita, ita reſtituenda videntur: *Inter quas locus, qui eſt ornithonis, deformatus ad tabulae litterariae ſpeciem cum capitulo, qua eſt quadratus, patet in longitudinem* P. LXXIII. *in latitudinem* P. XLVII. *qua rotundus eſt* P. XXVIII.

Qua iter in aream eſt.] V. C. *Qua introitus in aream eſt.* deinde videtur legendum: *arbuſculis humilibus ordinatis, cum à ſumma macerie ad epiſtyliũ rectae porticus ſint &c.* Item: *ſecundum ſtylobatas interiore parte dextra, ac ſiniſtra ad ſummam aream quadratam è media &c.* ideſt, area. Nam Stylobata, ſiue vt Vitruuius appellat, Stylobatae, in area introeuntibus dextra & ſiniſtra erant, ac earum interiores partes ad aream ſpectabant, poſteriores ad porticus.

Vt διατρίβιον.] Videtur legendum: *Vti διατρίβιον.*

Eſt lapis à ſalere pedem & dodrantem altus.] Primum

mum erat ſtagnum in ipſo tholo cum margine pedali: circum ſtagnum falere duos pedes altũ ab ipſo ſtagno, quinque latum verſus colũnas: ab eo ſurgebat alius lapis, qui ſubter ſtylobatem columnarum erat, altus pedem & dodrantem: in medio ſtagno erat inſula parua. deinde videtur legendum ex v. c. *infimo in falere.* Item, *circum falere vti naualia &c.* nam ita eſt in v. c. & ſupra dixit, *vti θεατρίδιον*. ea enim cubilia erant inſtar naualium.

Epiſtomijs.] Legendum, *epitonijs.* de quibus vidẽdus Vitruuius.

Lucifer.] Plinius li. 2. c. 8. *Infra Solem ambit ingens ſidus appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipſisq́; cognominibus aemulum Solis ac Lunae. praeueniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter diem maturans: contra ab occaſu refulgens, nũcupatur Veſper, vt prorogans lucem, vicemq́; Lunae reddens &c.* Lucifer igitur, Sol: Heſperus, Luna. nam ita directae lineae in hemiſpherio infimo, vt interdiu Sol, noctu verò Luna horas indicaret.

In horologio quod fecit Cypreſtes.] Fortaſſe legẽdũ: *In octogono, qđ fecit Andronicus Cyrrheſtes etc.* eſt.n. κύῤῥος πόλις συρίας, cuius ὁ πολίτης κυῤῥέσης dr̃, vt docet Stephan⁹ in libro περὶ πόλεων. Haec autẽ lectio elicit̃ ex verbis Vitruuij, quae habentur lib. 1. cap. 5. *Maximè quidẽ Andronicus Cyrrheſtes, qui etiam exemplum collocauit Athenis, turrim marmoream octogonon, & in ſingulis lateribus octogoni ſingulorum ventorum imagines exſculptas, contrarios cuiuſque flatus deſignauit. ſupraq́; eam turrim, metam marmoream perfecit, & in*

& inſuper Tritonem aeneum collocauit, dextra manu virgam porrigentem, & ita eſt machinatus, vti vento circumageretur, & ſemper contra flatũ conſiſteret, ſupraq́; imaginem flantis venti indicẽ virgam teneret.

Narrat ad tabulã cum decũberet.] Videtur legẽdũ *Narrat tabulas cũ dirimeret &c.* qđ poſitũ eſt pro numeraret. v. c. habet corruptè, *diriperet.*

Loculum.] Loculum dicit ciſtellam, in quam ſuffragia conijciebantur. Auctor ad Herenn. *Pontes diſturbat, ciſtas deijcit, in quas tabellae ſuffragiorum conijciebantur: & in ciſtellam, vt ibidem Saturninus ferre coepit.* Vidẽdus Feſtus, & Cic. lib. 1. de nat. Deor.

CAP. VI.

De pauone.] Videtur legendum: *de pauonibus*. & deinde *diceres*, non, *diceret*.

Fortaſſe ante eum duceret ſerram.] Videtur legendum: *Fortaſſe an tecum duceret ſerram*, ideſt, tibi aduerſaretur. aduerſi enim ſunt inter ſe, qui ſimul ſerram ducunt & reducunt. Haec autem loquendi formula, *fortaſſe an*, frequens eſt apud veteres ſcriptores. nam vſi ea ſunt Varro infra *c. 16. Hoc dico, quod fortaſſe an tibi ſatis ſit.* Apul. apolog. 1. *Et fortaſſe an peracute vobis reperiſſe videbamini. &* apolog. 2. *Fortaſſe an vidua antequàm domi deſediſſet.* Siſennali 3. apud Noniũ: *Quod fortaſſe an ex voluntate ſua ſumma cum claritudine celeriter confeciſſet.* & Accius in Antenoridis apud eundẽ Noniũ: *Fortaſſe an ſint, & quos hic nõ mertet metus.* Agellius li. 11. c. 9. *legatos veniſſe Athenas fortaſſe an auxilij petendi gratia.* & li. 19. c. 8. *Ac fortaſſe an de quadrigis.*

vete-

veterum auctoritati conceſſero. Tertullian. li. 5. aduerſus Marcionem. *Fortaſſe an & myſtice ſu-ctũ ſit*. & in libro de pallio: *Quingenariam pro-mulſidem ſupraſcriptis fortaſſe an mẽſis neceſſa-riam.* & alibi idem Tertull.

Ex his M. Aufidius Lurco.] Plin. lib. 10. c. 20. *Sa-ginare primus inſtituit circa nouiſſimum Pirati-cum bellum M. Aufidius Lurco, ex eoq́; quae-ſtu redditus ſeſtertiũ ſexagena millia habuit &c.* Voces, *in anno*, videntur abundare.

Pauonum greges.] Haec duo verba videntur abun-dare, vel legendum: *Agreſtium greges tranſ-marini*. deindè legendum: *in Planaſia, in ſilua M. Piſonis*. nam cum ſcripſiſſet Varro, *pauones agreſtes tranſmarinos eſſe in inſulis, vt Sami in luco Iunonis; item in Planaſia, in ſilua M. Piſo-nis*, librarius vel potius expolitor aliquis, & qui-dẽ ineptus, quòd Planaſia eſſet inſulae nomẽn, ex verbis *in ſilua*, fecit vocem *inſula*. In inſulis autem pauones facillimè cõtineri ſcribit Colu. li. 8. c. 11. & Auctor Geopon. lib. 14. c. 24. in quo eſt: ἐν νησιδίοις μάλιστα χειροποιήτοις αἱ ταῶνες τρέφονται.

Huic enim natura formae.] Videndum an vox, *for-mae*, induci debeat: deinde pro *bimae*, vt eſt in vulgatis, legendũ, *trimae*. Colu. li. 8. cap. 11. *Hoc genus auium cum trimatum expleuit, optimè progenerat*. & Auctor Geopon. τριετεῖς δὲ αἱ θήλειαι γενόμεναι τίκτουσι, αἱ δὲ νεώτεραι ἢ ἐκβάλλουσι ἢ οὐκ ἐκτρέφουσι τὰ νεόττια.

Ex quibus ex his.] Verba, *ex his*, abundant, nemo enim non videt illa addita eſſe. deinde pro, *in-tectum*, v. v. c c. partim habent *inteſtabilem*, par-

tim *in*

tim *in teſtudinem eam, in qua &c.* Priorem lectionem tuentur docti viri, qui legunt *in ſtabilem*, & *ſtabilem* interpretantur ſtabulum, quòd infra dicat Varro, *pauonum ſtabula*, & item Colum. lib. 8. c. 11. Poſteriorem defendit tum auctoritas vetuſti codicis, tum locus Varronis de turdis, qui eſt ſupra cap. 5. *Igitur teſtudo, vt periſtylium tectum &c.*

Praeterea locum habere.] Verbum, *habere*, non eſt in v.c. & certè abundat.

Q. Hortenſius augurali adijciali caena.] Ita legitur in v.c. & ita citat Macrobius, qui hunc locum adducit lib. 3. c. 13. *Primus*, inquit, *hos Q. Hortenſius augurali adijciali caena dicitur poſuiſſe.* Cic. ep. 26. li. 7. *In eas cum incidiſſem caena augurali apud Lentulum &c.* de adijcialibus caenis videndus Feſtus. & Tacitus lib. 2. *Foederi conuiuium adijcit, tractatq́; in multam noctē laetitiam per epulas ac vinolentiam.* Seneca epiſt. 96. li. 15. *Et toties tamen ſeſtertio adijciales caenae frugaliſſimis viris conſtiterunt.* deinde legen dum apud Varronem, *potius*, non *protinus*. nam ita legit Macrob. & ita eſt in v.c.

Grex centenarius facilè quadraginta millia ſeſtertiū &c.] Totus hic locus ita videtur legēdus: *Grex centenarius facilè* xx *millia ſeſtertium vt reddat, vt quidem Albutius aiebat: ac ſi vt Seius ternos exigeret pullos perfici ſexagena poſſent &c.* nam pauones centum quinquagenis denariis, ideſt, nummis ducenis venditi, nummum xx millia efficiunt. Supra verò dixit Varro: *Seius à procuratore ternos pullos exigit, eoſq́; cum creuerint, quinquagenis denarijs vendit &c.* Grex ergo cē-

tenarius trecentos pullos reddit, qui ducenis nũmis venditi, ſexaginta millia ſeſtertium conficiunt, quot Fircellius Pauo dixerat turdos reddidiſſe. item ſupra ſic ait Varro. *Non ne item L. Albutius dicebat in Albano fundum ſuum ſemper vinci à villa? agrum enim minus dena millia reddere, villam plus vicena.*

CAP. VII.

Hoc genus maximè eſt colore albo: illud alterum vario. Ita videtur legendum, nam Colum. lib. 8. c. 8. ait: *Albus color qui vbique vulgò conſpicitur, à quibuſdam non nimium laudatur, nec tamen euitari debet in ijs, quae clauſae continentur, nam in vagis maximè eſt improbandus, quòd eũ facillimè ſpeculatur accipiter &c.* Itaq. verba, *agreſte, ſine albo*, videntur ab expoſitore adiecta.

Incedunt in locum vnum.] v v. cc. partim habent, *incolunt locum vnum*: partim, *includunt in locum vnum*. deinde legendũ, *feneſtris punicanis*. nam Cic. *punicanos lectos* dixit, pro anguſtos. & Cato, *coagmenta punicana*. In v. c. eſt, *punicatis*.

Siue ſi columbam quid offenderit.] Videtur legendum: *ſi quid offenderit, vt medeatur; ſi qua perierit, vt efferatur &c.* nam cetera adiecta ſunt. Auctor Gaeopon. κἂν τὶ πεπονηκὸς ἔιη τῶν ἔνδον ἀποσκευάζειν. *offenderit* autem hoc loco valet, laeſum fuerit. quod, qui de columbis dictum putauit, addidit, *columbam*. ſed dixit Varro de columbari, ſi quid in eo fuerit laeſum.

Item quae fetae ſunt &c.] Totus hic locus ita videtur legendus: *Item quae fetae ſunt, vt locum diſcluſum ab alijs rete habent, quò transferantur, è quo foras euolare poſſint &c.* cetera ſunt adie-

cta. Verbum, *habent*, refertur ad auiarium, ſeu curatorem. Colum. lib.8.cap.8. *Nec minus in agros emittãt matrices, quae ouis vel pullis incubant, ne quaſi graui perpetuae cuſtodiae ſeruitio contriſtatae ſeneſcant*.

Altera de cauſa propter illicium.] Voces, *de cauſa*, videntur adiectae. Illicium autẽ dixit id, quod Graeci φίλτρον; & intelligit pullos ipſos, qui columbas longius euagari non ſinunt. Sed cum in v.c. ſit *pullicium*, forte legendum, *propter pulliciem*. qua voce vſus eſt Col.li.8.c.10. & ea ſignificantur pulli ipſi. ſic enim ſcribit: *Itaque circa meſſem, cũ iam cõfirmata eſt pullicies, eligitur etc.*

Atque ad locum redeunt.] Videntur haec verba abundare.

Itaque diebus quad[illegible]*enis concipit, & parit, & incubat*.] Totu[illegible]ic locus ita expreſſus eſt in Gaeoponicis l[illegible].c.1. φύσει δὲ καὶ πολύγονον τὸ ζῶον. ἐν πάσαις [illegible] τεσσαράκοντα ἡμέραις κυΐσκει τε καὶ τίκτει, καὶ θάλπει, καὶ ἐκτρέφει. καὶ τοῦτο σχεδὸν δι' ὅλου ἔτους ποιεῖ, μόνον δὲ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν μέχρις ἐαρινῆς ἰσημερίας διαλείπει. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτει. ex quib. verbis videtur apud Varronẽ legẽdũ: *Et hoc ferè totũ annũ facit, tãtũmodo intermittit à bruma ad aequinoctiũ vernum &c.* nam voces, *interuallum faciunt*, gloſſae ſunt verbi *intermittit*.

Cum matribus pariũt.] In Gaeoponicis hoc ita habetur: καὶ αἱ ὀψιγοναὶ αὐτῶν τελειωθεῖσαι, εὐθέως μετὰ τῶν τεκόντων αὐτὰς ἄρχονται τίκτειν.

Celerius pinguiores, quàm alij fiũt.] Dictiones, *quàm alij*, vidẽtur abundare. & item vox, *nummum*, quae infra habetur; nam ſic legendum. *nec non*

eximia ſingulis millibus, quas nuper cum mercator tanti emere vellet à L. Axio Equite Ro. &c. Plin.li.10,c.37. *L. Axius eques Ro. ante bellum ciuile Pompeianum denarijs quadringentis ſingula paria venditauit, vt tradit M. Varro.* & Colu. li.8.c.8. *Eximius auctor M. Varro nobis affirmat, etiam illis ſeuerioribus ſuis temporibus paria ſingula millibus ſingulis ſeſtertium ſolita venire.*

Sed ſi fundus, inſtrumentum?] Vlpianus in L. 12. D. de inſtrumento: *Sed ſi fundus non ſit cum inſtrumēto legatus, ſed ita vt inſtructus ſit: quæſitum, an plus contineatur, quàm ſi cum inſtrumento legatus eſſet: & Sabinus ſcribit fatendum eſſe plus eſſe cum inſtructus fundus legatur, quàm ſi cum inſtrumento &c.* ex quibus verbis colligitur quid ſit inſtrumentum, & quo differat ab inſtructo.

Et antequàm aedifices &c.] Ita hic locus videtur legendus & interpungendus: *Et ante quàm aedifices rure magnum, condiſcas hic in vrbe quotidie aſſes condere in loculos.* Nam, *aſſem ſemiſſem*, vt eſt in vv. cc. fecit librarius ex perturbatis notis, vt apud Catonem tit.21. Varro li.1.c.12. dixit: *Vendaſ quot aſſibus poſſis.* & li.2.c.5. *Dum aſſes ſoluo.*

CAP. VIII.

Inter reliquos dodrantes à ſummo &c.] Ita videtur hic locus legendus: *Inter reliquos ab imo ad cameram ad ſemipedem aequè latum ac mutulus à pariete extat, in quibus &c.* ideſt, tantū erit latus ordo tegeticularū, quantū mutulus à pariete extat. deinde legendum *(cibatui quod ſit)* niſi potius verba, *quod ſit*, abundent, quod ſuſpicamur.

At

At ſaginandum appoſitiſſimum tempus.] Videtur legendum: *Ad ſaginandum aptiſsimum tempus circa meſſem*. nam ita eſt in veterum librorum veſtigijs, & Varro ipſe infra cap. 10. ita locutus eſt, cum dixit: *Anſeribus admittendis tempus eſt aptiſſimum à bruma &c.* Colu. li. 8. c. 9. *Huius auis aetas ad ſaginã non tam vetus idonea eſt, quàm nouella. itaque circa meſſem cum iam confirmata eſt pullicies eligitur.*

CAP. IX.

Axius. Ego &c.] Videtur legendum: *Axius. Ego duo requiro farſurae membra. de palumbis ac gallinis dic ſodes Merula &c.* nam cum in v. v. c c. ſit *farturae*, vel *farſurae*, ex poſteriori voce fluxit mendum, *à ſura*.

Quas deinceps rure habent in villis.] Locus nõ eſt integer. & videtur legendum: *Quas omnes ferè habent in villis*, vel potius, *Quas ferè omnes habent villae*. nam ita Colu. *Cohortalis* (ſic appellat villaticam gallinam) *eſt auis, quae vulgò per omnes ferè conſpicitur villas.*

Mares galli, ſemimares capi.] Ita v. c. & ita Colu. li. 8. c. 2. deinde legendum: *Candenti ferro inurentes infima crura vſque dũ rumpantur; ac quod extat vlcus, obliniunt figlina cera &c.* ceteris omiſsis, quae adiecta ſunt. Colum. ibidem: *Ferro candente calcaribus inuſtis, quae cum ignea vi conſumpta ſunt, facta vlcera dum conſeneſcãt, figulari cera linuntur.* Plin. li. 10. c. 21. *caſtrantur lumbis aduſtis candente ferro, aut imis cruribus.* Ex quibus locis poteſt etiam aliquo modo defendi recepta ſcriptura, licet ea quam repoſuimus, magis accedat ad v v. c c. in quibus non

eſt verbum, *calcaria*; ſed legunt: *ac quod extat vlcus oblinunt figulina cera*.

Sint licet ei tria genera paranda.] Ex veſtigiis veteris ſcripturae videtur legendum: *Sint licet genera tria, parandum tamen villaticas gallinas, è queis eligat oportet fecundas &c.* ſic infra. *Nec tamen ſequendum in ſeminio legendo Tanagraeos ac Chalcidicos*.

Criſta erecta.] Videtur legendum: *Criſta recta*. nam Colum.lib.8.c.2.habet, *rectis rutilisq. criſtis*. Sed in Gaeoponicis eſt: τόντε λόφον ἐπηρμένον &c. καὶ πρὸς ὠοτοκίας κρείττους εἰσὶ. quod Varro dixit, *ad partiones ſunt aptiores*. deinde in v. c. eſt: *gallos ſalaces, quod animaduertunt &c.*

Latitudine dimidio minores, altitudine paulò humiliores.] Conferendus hic locus cum Colum. lib.8. c.3.

Inter duas oſtium ſit &c.] Videtur legendũ: *Inter eas oſtiũ ſit, qua curator earũ ire poſſit &c.* nam vox *gallinarius* gloſſema eſt. Columella vocat *auiarium* eum, qui Varroni eſt *curator*. in vv. cc. eſt tantum, *qua gallinarius earum ire poſſit*. vt videatur eſſe in textum recepta gloſſa pro eo Varronis verbo, ad quod gloſſa appoſita fuit.

In pariete exculpta ſint cubilia earum.] Colu. li. 8. cap.3.habet, *exciſa. Nam ita craſſos* (ait) *parietes aedificare conuenit, vt exciſa per ordinem gallinarum cubilia recipiant &c.* atque huius lectionis in vv. cc. Varronis extat aliquod veſtigium. Cato tamen legit, *exculpta*, cum ait: *foramina longa* P. I. I S. *exculpta pedes* VI. deinde apud

Var-

Varronem permutatis caſibus ſic legenda quae ſequuntur: *Ita vt in parietibus circum omnia poſita ſint, cubilibus gallinarum aut exciſis aut af fixis.*

Optimum eſſe partum aequinoctio verno aut autumnali.] Videtur legēdum: *Optimum eſſe partum ab aequinoctio verno ad autūnale.* Videtur autē hic aliquid deeſſe, nam duo tempora deſignantur, vnum ad partum à Fauonio ad aequinoctium: alterū ad incubationē, ipſo aequinoctio verno, vt colligitur ex Gaeoponicis, in quibus ita hic Varronis locus expreſſus eſt: Δεῖ δὲ ὑποτιθέναι τὰ ᾠὰ, μάλιστα ἀπὸ ζεφύρου πνοῆς τικτόμενα μέχρι μετοπωρινῆς ἰσημερίας. τὰ δὲ πρὸ τούτου τοῦ καιροῦ ἢ μετὰ ταῦτα τικτόμενα, καὶ τὰ πρωτότοκα πάντα, οὐχ ὑποθετέον. ἄγονα γὰρ καὶ ἀτέλεστα γίνονται. ὥρα δὲ ἀρίστη πρὸς τὸ ὑποτεθεῖναι τὰ ᾠὰ ἡ τοῦ ἔαρος ἰσημερία.

E pullaſtris.] v. c. habet, *pullicis*. In Gaeponicis ita: Δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ταῖς προβεβηκυίαις, οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις, καὶ τίκτειν δυναμέναις. ἀκμαιόταται γὰρ πρὸς ᾠοτοκίαν εἰσὶν αἱ ἐνιαύσιαι, μάλιστα δὲ αἱ διετεῖς.

Praeterquàm mane & veſpere.] In Gaeoponicis: πρωῒ δὲ καὶ δείλης ἀνοικτέον. deinde videtur legendum, *datur*, non, *detur*. Item: *ac vertat oua*. nam in Gaeoponicis eſt, μεταστρεψάτω τὰ ᾠά.

Quòd in eis vitales venas.] Videtur legendum ex veſtigijs antiquae lectionis, *quòd animales vitales venas* &c. Plinius libro 10. cap. 54. *Concuti verò experimento vetant, quoniam non gignunt confuſis vitalibus venis.* & in Gaeoponicis:

nicis : ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἐν αὐτοῖς ζωτικόν. qui tamen locus videtur vulgatam lectionem tueri.

In ijs idem aiunt.] Videtur legendum : *In ijs ijdem aiunt*. Hic autem locus in Gaeoponicis ita expreſſus eſt : ἐὰν μὲν γάρ τι φαίνηται διατρέχειν ἰνῶδες καὶ ὕφαιμον, ἔσται γόνιμον τὸ ὠόν : ἐὰν δὲ διαφανὲς εἴη, ὡς ἄγονον ἐκβλητέον, ἀντὶ δὲ αὐτῶν ἕτερα ὑποθετέον.

Ab eaque ſi reliqua ſunt oua pauciora.] Vox, *pauciora*, videtur abundare, nec eſt in Gaeoponicis.

Et minus habent triginta pullos.] In Gaeoponicis eſt: ταῖς δὲ ὀλίγα ἐχούσαις τριάκοντα μόνον ἐπιβλητέον νεοττούς.

Et aqua aliquanto ante facta intrita.] In Gaeoponicis locus hic non ita emendatus circumfertur, vt ex eo Varronis verba corrigi poſsint, quae certè vt habentur in exemplaribus, non videntur vacare mendo. Ita enim legitur in Gaeopon. lib. 14. c. 9. τροφὴν δὲ πρῶτον λαμβάνει ἐπὶ ἡμέρας ιε᾽ ἄλφιτα μετὰ καρδάμου σπέρματος σὺν οἴνῳ βραχέντα μεθ᾽ ὕδατος ὑπὸ . . . . . ἐψηθέντος. conſulendi igitur emendatiores codices manuſcripti, in quibus ita hic locus habetur : σὺν οἴνῳ βραχέντα ὕδατι, ὑποθυμιᾶται δὲ καὶ τοῖχος ἐπὶ τῶν ἀποδιωκόντων τὰ ἑρπετὰ μέχρι . μ . ἡμερῶν & cetera, quae habentur infra, ex hoc loco, vt videtur, translata. nam ad ea reſpexit Varro, cum ſubdit : *Circum caueas eorum incendendum cornu ceruinum, ne qua ſerpens accedat, quarum beſtiarum ex odore ſolent interire.*

Quando de clunibus coeperint &c.] Videtur legendum :

dum: *Quom cœperint habere pinnas, eae de clunibus euellendae*. Colu.li.8.c.5. *Plumulaeq́, ſub cauda clunibus detrahendae, ne ſtercore coinquinatae dureſcant*.

Prodigendi in ſolem &c.] Legendum ex veſtigijs antiquae ſcripturae: *prodigere ſolent in ſterquilinium, vt ſe volutari poſſint*, vel, *vbi ſe &c.* nam ſupra dixit: *atque in puluere volutari*.

Euitare item caldorem & frigus oportet.] Videtur legendum ex v.c. *Euitandum caldorem & frigus*. Colum. *Nam nec calorem nec frigus ſuſtinent*.

De quibus villaticis.] Vox, *villaticis*, abundat. itē verbum, *appellata*, quod habetur paulò poſt, nam gloſſema eſt.

Montes Liguſticos.] Hic quoque vv. cc. habent, *Liguſcos*. deinde legendum: *Vintimilium Albingaunium à villaticis inuectis &c.* Tacit. li.18. habet *Albintimilium*. Ptolem. ἄλβιον ἰντιμίλιον. Strabo & Plin. *Albium intemelium*.

In triclinium ganearium.] Vox, *ganearium*, gloſſema eſt verbi *triclinium*. & paulò poſt pro, *inimica*, v.c. habet, *vindicta*, vt fortaſſe legendum ſit, *& lux pinguitudini interdicta*.

Quaeque ex his generatae.] Totus hic locus videtur ſic legendus: *quaeque ex ijs generatae: poſtea propter ſimilitudinem, amplae omnes. eas euulſis ex alis pinnis &c.* hoc eſt, primum Medicas eas tantum, quae ex Media aduectae erāt, & quae in Italia ex ijs procreabātur, poſtea verò amplae omnes è villaticis propter eorum ſimilitudinem Medicas quoque appellabant. erāt enim Medicae ampliſſimae. *Partim* autem,

pro, *alij*, poſitum eſt, vt ex Gaeoponic.lib.14. cap.8.i ntelligi poteſt, in quibus eſt: προσφερομένης τε τῆς τροφῆς ἀλεύρων κριθίνων ὕδατι φυραθέντων. ἄλλοι δὲ κριθῶν καὶ αἴρας ἀλεύρῳ χρῶνται, ἢ κριθῶν καὶ λινοσπέρμου μετὰ ὠμῆς λύσεως.

Proportione ac decem primis proceſſit.] Ita eſt in vv.cc. & ita locutus eſt Varro li.1. c.18. vt nõ neceſſe ſit mutare, *in proinde ac diebus primis &c.* Colum. lib.8. cap.7. *Si faſtidit cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae proceſſerint.*

CAP. X.

Quod non eſt vlla villa contentum.] pro *vlla* vt eſt in vulgatis, videtur legendum, *ſola*. & deinde inducenda verba: *Hi ſunt de genere, de fetura, de ouis, de pullis, de ſagina.* nam ſunt gloſſae expoſitorum.

Anſeribus ad admittendũ &c.] In v.c. ita legitur. *Anſeribus ad admittendum ijs tempus eſt aptiſſimum.* vt vox, *anſeribus*, videatur addita ad dictionem, *ijs*, & ſic legendum: *Ad admittendum ijs tempus eſt aptiſſimum.* atque ita exiſtimamus Varronem ſcripſiſſe. Voces autem, *à Kal. Mart.* non leguntur in vv.cc. ſunt tamen apud Columellam lib. 8. c.14. ex quo fortaſſe Varro ſuppletus eſt.

Saliunt ferè in aqua dum ſe mergunt in flumen aut piſcinã.] Locus eſt corruptus, nec vno modo legitur in cxẽplaribus. Plinius habet: *Coeunt in aqua.* Columella verò: *Ineunt non vt priores aues, de quibus diximus inſiſtẽtes humi, nam ferè in flumine aut piſcinis id faciunt.* Ex his locis poterit

aliquis

aliquis diuinare quomodo apud Varronem ſit legendum. Paulò poſt videtur legẽdum: *Singulae non plus quàm ter in anno pariunt*. nã ita Colu.li.8.c.14.*Singulaeq́, ter in anno pariunt* & Auctor Gaeoponic. li. 14. c.13. ὠοτοκοῦσι δὲ καὶ τρίτον τοῦ ἔτους ἕως ιβ. Ex, *quàm ter*, in vulgatis libris, factum fuit, *quater*. ſed mendum eſt manifeſtum.

Quinque diebus primis.] Videtur legendum: *Decẽ diebus primis*. Colu.li.8.c.14. *Atq. is dum exiguus eſt, decẽ primis diebus paſcitur in hara, clauſus cum matre*. & in Gaeopon. τὰ δὲ νεόττια ταῖς πρώταις. ι. ἡμέραις ἔσω μένειν χρὴ.

In queis non includant.] v. c. *in quae*. ſed legendũ: *in quas*, vt ad *haras* referatur vt infra: *cum autem ſunt incluſi in haras*. licet, *in queis*, defendi poſſit. nã infra dixit: *incluſi in ſaginario*. Colu. li.8. c.14. *Pullos autem non expedit plures in ſingulas haras quàm vicenos adiici, nec rurſus minores cũ maioribus includi*.

Seruntq. his herbã. Videtur legẽdũ ex Columella: *ſed praecipue herbã*. nã ex *ſed*, videtur factũ, *ſerunt*. Colu. *Atq. alia pabula cõſerũtur, vt vicia, trifoliũ, foenum Graecũ, ſed praecipuè genus intubi, quod* σέριν *Graeci appellant*.

Circiter ſeſquimenſe qui nati ſunt.] Videtur legendum: *circiter ſeſquimenſes qui ſunt nati*. ſic li.1. c.27. *Solis curſus circiter ternis mẽſibus eſt diuiſus in quattuor partes, & idẽ ſubtilius ſeſquimenſibus &c*. Colu. *Mox vbi quattuor mẽſium ſunt, farturae maximus quiſq́, deſtinatur, quoniã tenera aetas praecipuè habetur ad hãc rẽ aptiſſima*. & ita Palladius. *Quattuor*, inquit, *mẽſib. benè ſaginãtur*.

Et pollinem aqua madefacta dant cibum.] v. c. *&* *pollinem aqua madefactum dant*, ſine voce, *cibũ*. deinde pro, *ita vt perinde ſe ſaturent*, vt eſt in vulgatis, legendum: *ita vt ter die ſe ſaturent*. Colu. *Nam praeter polentam et pollinem ter die, nihil ſanè aliud dari neceſſe eſt*. Auctor Geop. ἐσθίουσι δὲ τρίτον τῆς ἡμέρας, πίνουσι δὲ δαψιλῶς Palladius lib. 1. cap. 3. *Polenta dabitur in die ter*.

CAP. XI.

Et conſtituere νεοσσοτροφεῖον.] v. c. νησσοτροφεῖον, vel vt in alijs codicibus, *neſotrophium*. quae lectio vera eſt. nam in inſulis in lacunis factis nutriuntur.

Sed ſic paſcendo.] v. c. *& ſic paſcendo*.

CAP. XII.

Actus ſecundi generis &c.] Videtur legendum: *Actus ſecundus eius generis, affictitium ad villã quod ſolet eſſe*. Nam infra dixit: *Secundus tranſactus eſt actus*. & c. 16. *Relinquitur de paſtione villatica tertius actus*. & ſupra cap. 3. *Eius ſunt genera tria, ornithones, leporaria, piſcinae. leporaria te accipere volo, omnia aſſicta ad villam quae ſunt*.

Includuntur ſilua.] Vox, *ſilua*, videtur abundare. & deinde legendũ vt in v. c. *Q. Fuluius Lippinus dicitur habere &c.* nam ita habet Plin. lib. 8. c. 52. licet li. 9. c. 56. habeat *Hirpinus*, vt eſt in quibuſdam codicibus apud Varronem.

De animalibus coclearia.] Voces, *de animalibus*, videntur adiectae σχολιαστικῶς ad verbum *conſaepto*. & paulò ſupra abundat item vox, *ſaeptum*.

Mares in feminas.] v. c. *mares aut feminas*: & paulò poſt: *Quatuor enim modò intromiſſis*. ſic v. c.

deinde pro, *fit enim*, habet v.c. *vt enim*, & fortaſſe legendum, *etenim*. item in v.c. eſt, *alios in ventre* habere reperiuntur.

Quot ſine dubio.] v. c. *Quòd ſine dubio* &c. deinde legendum: *inſtitutum vt ſaginarentur &c.* nam ſic legit Macrobius, qui lib. 3. c. 13. ita adducit hunc locum: *Varro de agricultura lib. 3. cum de leporibus loquitur, ſic ait: Hoc quoque nuper inſtitutum, vt lepores ſaginarentur, cum exceptos è leporario quidam in caueis, & loco clauſo faciũt pingues*. Sed vv. cc. pro, *quidam*, apud Macrobium, habent, *condunt*. & item hic *condant*, non, *concludant*.

Ad alpes.] v. c. *daſypus*. Sed Plin. lib. 8. c. 59. *Et leporũ plura ſunt genera, in Alpibus candidi &c.* Aelianus li. 13. c. 12.

L. Aelius putabat ab eo dictum leporem, quòd leuipes eſſet.] Ita videtur legendum: nam voces, *à celeritate*, adiectae ſunt ab expoſitore. deinde fortaſſe legendũ: *ꝙ eũ è Sicoleis Graeci λέποριν appellabãt.* Varro de lin. Lat. li. 5. *Lepus, ꝙ è Sicoleis quidã Graeci dicunt λέποριν, à Roma, quòd orti Sicoli, vt annales noſtri veteres dicũt. fortaſſe hinc illuc tulerunt, & hic reliquerunt id nomen.*

Quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſolent, vbi latẽt in agris. Horum tria genera &c.] Ita legitur hic locus in vv.cc.

Et quòd in Hiſpania annis ita fuiſti multis.] v.c. habet, *tu*, non, *ita*. & deinde, *perſecutos*, videtur legendum, non, *proſecutos*.

CAP. XIII.

Apros quidem habere.] Videtur legendum è xveſtigiis antiquae ſcripturae: *Apros quidem haberi*

poſſe

poſſe in leporario, nec magno negotio, & ibi captiuos & cicures: qui ibi nati ſint, & pingues ſolere fieri ſcis, inquit Agrius, Axi. &c. nam non habet locum hic verbum, *inquam*, cum non loquatur Varro, vt ex ijs quae ſequuntur apparet. Vel *Agrius* ſcribendum, non *Appius*, qui hic loquitur. deinde in v.c. eſt, *à M. Pupio Piſone.*

Certo tempore.] Videtur legendum: *vno tempore*, ideſt, ſimul. Sic enim infra. deinde voces, *è palaeſtra*, vidētur abundare, vel legendum, *è feneſtra.*

Vbi tanta circūfluxit &c.] Totus hic locus in vv. cc. ita legitur, & quidē rectius quàm in vulgatis: *Ibi tantum circūfluxerit mox ceruorum, aprorū, & ceterarum quadrupedum, vt non minus &c.* nam vox multitudo, gloſſema eſt. Cic. lib. 3. de offic. *Tantum ne piſcium? tantum ne cymbarum?*

CAP. XIV.

Non iſtuc tam ſimplex eſt inquit Appius quàm tu putas.] Videtur legendum: *Non iſtuc tam ſimplex inquam vt tu putas &c.* nam infra eſt: *aqua inquam finiendae*, ſic enim eſt in v.c.

Et hunc dum ſerpit.] Videtur legendum: *Etenim, dū ſerpit*: paulò poſt videtur legendum: *in pariete*, vt verbis, *in area*, reſpondeat.

Denique ipſae exgruminantes.] Fortaſſe rectius eſſet, *exruminantes*, quàm quod alij legunt, *ruminantes*. nam *propolam* dicit, qui eas vendit.

Quae ex Africa afferuntur.] Verbum *afferuntur*, videtur adiectū ab expoſitore. item voces, quae paulò poſt ſequuntur, *quibuſdam locis.*

Ita vt earum calices quadrantes octoginta capere poſſint. Plin. lib. 9. c. 56. *Cuius artis gloria in eam magni-*

magnitudinem perducta (ſic enim legendum,) *vt* LXXX *quadrantes caperent ſingularum calices, auctor eſt M. Varro.*

Inter ſe collatae minores ſunt.] Ita videtur legendum, ſine particula, *&*. item vox, *aeris*, abundat, nec eſt in v.c. Abundant item verba, in *foraminibus*, nam paulò poſt dicit: *quae foramina habeat.*

CAP. XV.

Nec ex ea erepere poſſit.] Praepoſitio, *ex*, videtur abundare. nam ex voce, *ea*, quae ſequitur, ſacta eſt.

In hoc dolium addunt glandem.] Videtur legendũ: *In eo addunt glandem &c. quibus in tenebris fiũt pingues.* Sed cum in v.c. ſit: *quibus in tenebris, cum ular impoſitum eſt, in dolijs fiunt pingues,* videndum an coniectura doctiſsimi viri recipienda ſit, qui non *ular*, ſed εἶλαρ legit, & interpretatur operculum.

CAP. XVI.

Tertius actus de piſcinis.] Voces, *de piſcinis*, non habentur in v.c. Multa autem deeſſe in hoc libro, intelligere poſſumus vel ex ijs, quae habentur apud Auctorem Gaeoponicorum, qui lib. 15. cap. 2. tradit Varronem Romana linguà ſcripſiſſe apes ex bubulo corpore putrefacto in cella oportere fieri, quod Iuba rex in lignea arca: quae apud Varronem hic non leguntur. ἰόβας δὲ ὁ βασιλεὺς λιβύων, inquit Auctor Gaeoponicorum, ἐν λάρναξι ξυλίναι φησὶ δεῖν ποιεῖσθαι μελίσσας. καὶ Δημόκριτος. καὶ Βάῤῥων ἐν ῥωμαΐᾳ γλώσσᾳ, ἐν οἴκῳ φασὶ δεῖν ποιεῖσθαι, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἄμεινον.

Appius nobis verum dicit, inquit.[Videtur legendum: *Axius nobis verum dicit, inquit*, ſcilicet Appius. nam cap.2. *Axius Appio ſubridens*. & cap.3. *&* 17. *Axius mihi reſpectantibus nobis*.

Quarum alteram [Videtur legendum: *Earum alteram*. & paulò poſt, *daretur*, non, *darem*. nam vox, *mulſum*, abundat.

Praeterea meum erat, non tuum.] Hoc dicit, quaſi Appius ab apibus, vt Vaccius à Vaccis dictus ſit.

Vt cetera fecit.] v. c. *quae cetera fecit*: fortaſſe, *quemadmodum cetera fecit*. pro ἱστορικῶς autem in v. c. eſt, ὑλικῶς.

Ex bubulo corpore putrefacto.] Fortaſſe legendum: *ex bubulo pecore putrefacto*. nam ſupra dixit: *an ne dulcior eſt fructus apud te ex bubulo pecore, vnde apes naſcuntur*. In Archelai autẽ epigrammate legẽdum, βοὸς φθιμένης. & pro, *idem*, vt eſt in vulgatis, videtur legendum: *Nicander*. nam ex eius Theriacis ſunt verſus, qui proferuntur.

Sed vt homines.] Haec verba videntur abundare. item vox, *apes*: nam gloſſa eſt ad verbum, *hae*. De eo autem quòd Varro dicit, apes non eſſe ſolitaria natura, videndus Ariſtoteles li.1. c.1. de hiſt. animalium.

Nec quod mel domus.] Videtur legendum ex v. c. *nec quod id domus*. Videndum autem an illud, *nam*, abundet.

Quod Geometrae ἑξάγωνον.] In Gaëoponicis li. 15. cap. 3. ita: τὸ δὲ φιλότεχνον αὐτῆς καὶ ἐγγὺς λογικῆς διανοίας μάλιστα θεωρεῖται ἐξ οὗ τὰς θήκας ἑξαγώνους ποιεῖ. Quod autem dicit, *fieri in orbe rotundo*, Euclides id tradit lib. 4. propoſ. 15.

poſ. 15. εἰς τὸν δοθέντα κύκλον ἑξάγωνον, ἰσοπλευρόντε, καὶ ἰσογώνιον ἐγγράψαι.

Itaq. his vnctus qui acceſſerit.] v. c. *acceſſit*: quod tamen, vt alibi, pro *acceſſerit*, poſitum eſt. Ariſtoteles lib. 9. c. 40. de hiſt. tradit hoc de apibus, non ſolum foedos odores eas odere, ſed etiam vnguẽtorum delicias; vnde fieri, vt homines his delibutos percutiant.

Neque tamen neſcia ſuae imbecillitatis.] Locus hic in vv. cc. mutilatus eſt, & non vno modo corruptus, quẽ nos ita putamus ex Auctore Gaeoponicorum li. 15. c. 3. ſupplendum ac corrigendum: *Neque tamen neſcia ſuae imbecillitatis, anguſtos tortuoſosq; aditus in domum conſtruunt, vrbium munitarum in modum. Si quae tamen animalia illas anguſtias penetrauerint, vt fortes milites ſolent, conglobatae plures vnum occidere. canere praeterea eas ſuauem cantionem; qua de cauſa Muſarum eſſe dicantur volucres; & quòd ſi quando diſplicatae ſunt, cymbalis & plauſibus numeroſis reducunt in locum vnum. & quòd vt Dijs Helicona, atque Olympum attribuerunt homines, ſic his floridos, & incultos natura attribuit montes.* In Gaeoponicis ita: Εἰδυῖα δὲ τὴν αὑτῆς ἀσθένειαν, στενὰς ποιεῖ καὶ οὐκ εἰς εὐθὺ τεταγμένας τὰς εἰς τὸν αὑτῆς οἶκον εἰσόδους. τοὺς δ᾽ ἔσω εἰσπορευομένους ἐπὶ βλάβῃ, πλείους συστᾶσαι, ῥᾳδίως καθαιροῦσι. θέλγει δὲ τοῦτο τὸ ζῶον καὶ κάλλιστον μέλος. ὅθεν οἱ μελισσουργοὶ διασκορπιζομένας αὐτὰς κυμβαλίζοντες, ἢ τὰς χεῖρας εὐρύθμως κροτοῦντες συνάγουσι.

Et feſſum ſubleuant &c.] Haec in Gaeoponicis ita ad verbum expreſſa ſunt: κάμνοντά τε αὐτὸν

συνυπολαμβάνῃ, καὶ μὴ δυνάμενον πέτεσθαι φέρῃ καὶ διασώζῃ.

Quos vocificantes plures perſequuntur etiã paucae.] Ita videtur hic locus interpungendus. Plinius tamen videtur, *paucos*, *legiſſe*. nam li. 11. c. 11. ſic habet. *Cum mella coepere matureſcere, abigũt fucos, multaeq́; ſingulos aggreſſae trucidant.*

Quam ἐριθάκην *vocant Graeci.*] Putamus locum non vacare mendo, & pro *erithace*, quod eſt in vulgatis, *propoli*, vel aliud quid reponendũ. Nã de erithace ita infra: *Erithacen vocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud melle & propoli.* & Plin. li. 11. c. 7. *Praeter haec cõuehitur erithace, quam alij ſandaracam, alij cerinthum vocant. hic erit apum (dum operantur) cibus, qui ſaepe inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſaporis.* de propoli verò ſic Varro infra. *Propolim vocant è quo faciũt ad foramen introitus protectum in aluum maximè aeſtate.* & Plin. libro 11. cap. 7. *Propolis craſſioris iam materiae additis floribus, nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obſtruuntur.*

Phyſicam addiſcat.] Ex v. c. videtur legendum, *Phyſicam arceſſat*, vel, *accuſet*. Nam phyſica eſſet accuſanda, ſi de apum natura phyſicè diſſeratur, & de fructu nihil dicatur, cuius cauſa diſſeritur.

Nunc curſu lampada tibi trado.] Reſpexit ad Graecum prouerbium, cuius meminit Ariſtophanes Ranis. λαμπάδα δὲ οὐδεὶς οἷός τε φέρειν ὑπ᾽ ἀγυμνασίας. & Perſius.

Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis?

Dec

Dena millia ſeſtertia.] Videtur legendum, *ſeſtertiũ.* deinde legendum videtur: *Praeterea locum eſſe oportet.* nam infra ſic habet: *Quòd ad locum pertinet &c.*

Quod valentibus vtiliſſimum eſt.] Videtur deeſſe vox, *minus*, vt ſit: *quod minus valentibus vtiliſſimum eſt.* Colu. li.9.c.5. *Nam ſunt etiam remedio languentibus cytbiſi.*

Neue inter ſe contingant, cum in ordinem ſint poſitae. ſic interuallo &c.] Ita hic locus interpungendus ex v.c.

Ad extrema, qua mellarij fauum eximere poſſint.] Videtur legendum: *At extrema, quò mellarij* &c. Dixit enim media aluo foramina debere fieri, quò apes introeant: extrema verò aluo opercula debere imponi, quò mellarij fauum eximere poſsint. Nam ſuperiore parte ſolere fauos eximi tradit Plin. li.11.c.11. *Primi ferè*, inquit, *tres verſus inanes ſtruũtur, ne promptum ſit, quod inuitet furantẽ: nouiſſimi maximè implentur melle, ideoq; auerſo alueo faui eximuntur.* deinde legẽdum apud Varronem: *Optimae ſunt corticeae, deterrimae fictiles, quod eae frigore bieme &c.*

Et vt quidam dicunt.] Particula, *&*, abeſt à v v.cc. qui modus loquendi eſt familiaris Varroni in libris de ling. lat.

Alter eſt lato ventre.] Videtur legendum: *Ater eſt lato ventre.* nam in Gaeoponicis eſt, οὗτος ἐςὶ μέλας καὶ πλατυγάςωρ: & Ariſtoteles libro 9. cap.40. de hiſt. tradit fucum qui fur vocatur, eſſe nigrum, aluoque ampliore. Voces apud Varronem parentheſi incluſae *(qui vocatur ab alijs fucus)* videntur adiectae ab expoſitoribus.

Quò ſunt tranſlatae manere.] Videntur haec verba eſſe adiecta.

Ne cum animaduerterint, aut inopiã eſcae &c.] Mendoſiſsimus hic locus circumfertur in. v v, cc. è quorũ tamen corrupta ſcriptura poſsit elici huiuſmodi aliqua correctio: *Ne cum animaduerterint cibi inopiam eſſe, abeant. Menecrates ait apes propter primores vernos paſtus ex floribus nucis Graecae & cornu, ſolere caeliacas fieri, eaſq́, vrina fotas refici.* Plin. lib. 21. c. 12. *Cornum quoque arborem caueri oportet. nam flore eius deguſtato, aluo concita moriuntur. Remedium,*] *ſorba contuſa è melle praebere his, vel vrinam hominum, vel boum &c.*

De his propolim vocant.] Videntur ante haec verba deſiderari multa, quae nec in v v. c c. reperiuntur. nam voces, *de his*, indicant Varronem primò ſummatim, vt ſolet, ſignificaſſe ſcripturũ ſe de propoli, erithace, fauo, melle, aliiſq́. quibus enumeratis, *de his*, inquit, *propolim &c.*

Quod eſt aliud melius propoli.] Videtur legendum: *quod eſt aliud melle & propoli*. Plin. lib. 11. c. 7. ſed fortaſſe rectius legeretur, *quòd eſt aliud mel è propoli*.

Simplex miniſteriũ.] Ante haec verba deſunt multa, vt videtur. Nam Varro, vt ſolet, dicebat ex varijs floribus varia miniſteria apibus praeberi, cibum, ceram, mel, &c. & ex alijs ſimplicia, ex alijs verò duplicia &c. in v. c. paulò poſt, pro, *quoque fieri*, legitur, *confieri*.

Necnon etiam aliud diſcrimen.[Vox, *diſcrimen*, videtur adiecta. & fortaſſe totus hic locus ita legendus: *Necnon etiam aliud ſequuntur in car-*

ſtura, vt id ſequantur in melle.

Cibi pars &c.] Hic locus ex v. c. ita legendus interpungenduſq. *Cibi pars quod potio, & ex ijs aqua liquida vnde bibant eſſe oportet.*

In qua aqua iaceant teſtae.] Vox, *aqua*, abundat, & item paulò poſt; legendumq.: *vt ſit pura.*

Aut relinquere eximanitas aluos.] Videtur legendũ: *at relinquere &c.* deinde legendum, *quas coactas in offas*, non, *coctas*. nam infra dixit, *atque ex eo factas offas apponunt.*

Aut ne incidant in aquam.] Videtur legendũ: *ac ne incidant in aquam.* Nam *vno tempore*, quod eſt in vv.cc. videtur poſitum pro, ſimul: vt ſit, ſimul ne potu nimium impleantur, ſimul ne incidant in aquam.

Cum pinſerunt.] In vv.cc. eſt *pinſierunt*. Sed lib. 1. cap. 63. *vt in piſtrino pinſetur ac torreatur.*

Atque ex eo factus offas &c.] Videtur legendum: ex v.c. *Atq. ex eo factas offas apponũt ibi, quom foras hieme in papulum procedere non poſſunt.* nam in v.c. eſt, *apponunt ibi, quo foras hieme.* Alius tamen codex habet, *illis*, non, *ibi*. & fortaſſe vox, *hieme*, gloſſema eſt.

Propter multitudinem liberorum.] Vox, *liberorum*, videtur adiecta.

Quae primò cum exierunt.] Ita v. c. deinde legendum: *non longe inde ramum, aliudue quid oblinunt erithace.* nam ſupra dixit: *Examen vbi volunt conſidere, tum ramum aliamue quam rem oblinunt &c.*

Eximendorum fauorum ſignum ſumũt ex ipſis &c.] Totus hic locus ita videtur legendus: *Eximendorũ fauorũ ſignũ ſumunt ex ipſis, vti ſi fucos abi-*

gunt, ſi intus faciunt bombum &c. nam verba, *ex apibus coniecturam faciunt*, gloſſae ſunt ad voces, *ſignum ex his ſumunt*. Item illa, *cum germinauerint*, addidit aliquis, ad verba, *abigunt fucos*. Colum. lib. 9. c. 15. *Eius maturitas intelligitur, cum animaduertimus fucos ab apibus expelli ac fugari*. Plin. li. 11. c. 11. *Cum mella coeperunt matureſcere, abigunt eos &c.* Idem Colum. ibidem. *Ad procreationem ſobolis conferre aliquid hi fuci videntur, inſidentes ſeminibus, quibus apes figurantur. itaque ad fouendum & educandum nouam prolem familiarius admittuntur, excuſis deinde pullis extra tecta perturbantur.*

Et cum introeunt, ac foras trepidant, & ſi opercula &c.] Videtur legendum: *Et cum introeunt, ad fores trepidant, & opercula aluum cum remoueris, ſi fauorum foramina obducta videntur membranis, quòd ſunt repleti. In eximendo &c.* Plin. li. 11. c. 13. *Vigeſimo die craſceſſit mel, mox obducitur tenui membrana, quae feruoris ipſius ſpuma concreſcit*. Colu. li. 9. c. 15. *Adapertas aluos inſpicies, vt ſiue ſemipleni faui ſint, differantur; ſiue iam liquore completi, & ſuperpoſitis ceris tāquam opertulis obliti, demetantur.*

Decimam relinquere.] Auctor Gaeoponicorum li. 15. c. 5. Δεῖ γὰρ τὴν δεκάτην μοῖραν αὐταῖς ἀπολείπειν, ἔαρός τε καὶ θέρους: χειμῶνος δὲ τὸ τρίτον μόριον λαβόντα, τὰ δύο μέρη καταλείπειν αὐτοῖς. οὕτω γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι, καὶ τροφὰς ἕξουσι. Plin. lib. 11. cap. 14. *Ergo ex hac vindemia duodecimam partem apibus relinquunt &c.* ſed legendum, *decimam*, ex hoc loco Varronis, niſi Plinius ſcripſerit, IIX. ex qua nota librarius fe-

cit XII. Nam apud Columellam quoque erratũ eſt in hac ipſa nota li.9.c.15. apud quem X *pars*, pro eo quod eſt in vulgatis libris, V *pars*, ſcribendum eſt. deinde videtur legendum: *Nam qui faciunt non reſtibiles ſegetes, plus tollunt &c. aut non quotannis multum, & magis aſſiduas habeas apes, & magis fructuoſas.*

Si verò aluus non ſit fertilis &c.] Ex v.c. ita hic locus legendus, interpungenduſq. *ſi non ſit fertilis, ni quid eximatur. exemptio &c. ne deficiant animum. Faui cum eximuntur &c.* In Gaeoponicis eſt, ἀθυμή σουσῖ, quod Varro alibi dixit, *deſpondeant animum.*

Prono ad meridiem quàm maximè.] Ex veſtigijs antiquae ſcripturae v. c. hic locus ſic legendus: *promendumq́, maximè*, vel, *promendumq́, vere maximè*. Plin. lib. 11. c. 20. *Sunt qui mortuas ſi intra tectum hieme ſeruentur, deinde ſole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur, putent reuiuiſcere*. Colu.li.9. c.13. *Siquidẽ Hyginus praecipit, apum corpora, quae cum huiuſmodi peſtis inceſſit, ſub fauis aceruatim enectae reperiuntur, ſicco loco per hiemem repoſita circa aequinoctium vernum, cum clementia caeli ſuaſerit, poſt horam tertiam in ſolẽ proferre, ficulneoq́, cinere obruere.*

Infricandum.] vv. cc. partim habẽt, *infriandum*, partim *infriando*. deinde legendum ex vv. cc. *concutiendum leuiter ipſo vaſe, vt manu non tangas.*

CAP. XVII.

Sortitio fit tribuum.] Cic. Philipp. li.2. *Ecce Dolabellae comitiorum dies, ſortitio praerogatiuae:*

quieſcit. renuntiatur: tacet. prima claſſis vocatur: renuntiatur. deinde vt aſſolet ſuffragatum. ſecunda claſſis vocatur &c. Sed multò ante M. Varro & Q. Axſius ſuffragium tulerunt, vt cap. 2. & dum diriberent tabulas & ſuffragia, deprehenſus fuit cuſtos vnius candidati coniiciens teſſerulas in loculos. & cap. 5. quae multo poſt ſortitionẽ praerogatiuae fiebant. Itaque diligentius hic locus conſiderandus, & *latis tabulis*, quid ſit apud Varronem, quaerendum.

Quòd & candidatum noſtrum &c.] Videtur legendum: *Quòd eò candidatum noſtrum &c.* deinde videtur aliquid deeſſe, & fortaſſe ſupplendum ſic: *Quòd cum piſcinarum genera ſint duo, dulciũ & ſalſarum; alterum apud plebem, & ſine fructu; vbi lymphae eae aquam piſcinis noſtris villaticis miniſtrant: alterum apud nobiles; maritimae piſcinae, quibus Neptunus, vt aquam, ſic & piſces miniſtrat, magis ad oculos pertinent, quàm ad veſicam:* ideſt, plus ad delectationem, quàm ad potum. Varro in Octogeſi περὶ νομισμάτων, apud Nonium in Bulga. *Quò nobilius eſt Philippeum, quod accipimus, quàm quod bibimus. cum alterum addamus in bulgam, alterũ in veſicam.* Plaut. *Nolo in veſicam quod eat, in ventrem volo.*

Duodena millia ſeſtertia.] Videtur legendum: *Seſtertium.* & ita paulò poſt: *quadragies ſeſtertiũ.* deinde legendum addita particula, *in*: *eam omnẽ mercedem in eſcis.*

Quare noſtra piſcina &c.] Multa hic abundant ab expoſitoribus adiecta. itaq. totus locus ſic legẽdus: *Quare noſtra piſcina dulcis & mediterranea, plebeia rectè dicitur (quis enim noſtrum non vna*

conten-

contentus eſt?) Quis contra, maritimas non ſingulas ex piſcinis pluribus coniunctas habet?

Loculatas magnas habent arculas.] Vox, *magnas*, videtur abundare. deinde legendum ex v.c. *vbi diſcolores ſint cerae &c*, Diſcolores autẽ ceras dixit, diuerſis coloribus mixtas. Aſcon. in locum illum primae Verr. *Vt diſcoloribus ſignis. Signa, inquit, alij ceratas diuerſo colore tabulas: alij à iudicibus appoſitas tabulis ceras diuerſi coloris aiunt, vt hoc ſignum eſſet ad voluntatem rei.* & in Diuinat. *Q. Hortenſius hunc metum adiunxit ad gratiam, vt diſcoloribus ceris inſignitas iudices tabellas acciperent: vt timeret vnuſquiſque eorum, ne fidem pactionis non ſeruare videretur, ſi non in tabula, quam vnicuique datam meminiſſet Hortenſius, ex nota cerae ſcilicet diſcoloris abſolutum Varronem reperiret &c.* Varro autem intelligit eos pictores, qui encauſto vtebantur. Plin. li. 35. c. 11. *Ceris pingere, ac picturam inurere; quis primus excogitauerit, non conſtat. quidam Ariſtidis inuentum putant.* & paulò poſt: *Lyſippus quoque Aeginae picturae ſuae inſcripſit ἐνέκαυσεν. quod profecto non feciſſet, niſi encauſtica inuenta. Pamphilus quoque Apellis praeceptor non pinxiſſe tantum encauſtica, ſed etiam docuiſſe traditur Pauſiam Sicyonium primum in hoc genere nobilem &c.* Idem Plinius ibidem tradit, pingi ſolitum olim diſcoloribus ceris. *Encauſto, inquit, pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro ideſt viriculo,* (vel vt eſt in v.c.) *vſto, ideſt, penicillo, donec claſſes pingi coepere. Hoc tertiũ acceſſit, reſolutis igni ceris, penicillo vtendi.* & eod. lib.

cap.

cap. 7. *Cerae tinguntur iiſdem his coloribus ad eas picturas quae inuruntur &c.* Apuleius apolog. 1. *Enimuero quod luto fictum, vel aere fuſum, vel lapide inciſum, vel cera inuſtum, vel pigmento illitum &c.*

Quos perinde vt ſacri ſint.] Totus hic locus longa parentheſi perturbatus, ita ex v. c. videtur in ſuum nitorem reſtituendus. (*Quos perinde ac ſacri ſint, ac ſanctiores, quàm illi in Lydia, quos ſacrificanti tibi Varro ad tubicinam Graecam gregatim veniſſe dicebas ad extremus littus atq. arã, atque eos capere auderet nemo, cum eodem tempore inſulas Ludorum ibi choreuſaſ vidiſſes, nemo in ius vocare audet.*) in v. c. eſt *corruſas*, quae vox facta eſt ex *choreuſas*, ſiue *choruſas*, ex Graeca χορδούσης. *Ludinorum* autem pro *Lydorum*, vt ſcriptum ſit, factum inde eſt, quòd antiquiores *Ludorum* ſcribebant pro *Lydorum*, vt *Ludia & Suria*, pro *Lydia & Syria*. Voces, *gregatim*, item, *ſic hos piſces & cocus*, videntur adiectae ab expoſitoribus, & fortaſſe illud *gregatim* ex voce *Graecum*, quae praecedit, factum eſt. Sed ad confirmandas lectiones à nobis repoſitas adducendae ſunt Scriptorum veterum auctoritates. Sotion in Eclogis: ἐν λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη καλαμίνη, ἱερὰ δὲ οὖσα νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῆς ἕνα, ὃν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι. θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται. τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος κλύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠϊόνα. Plinius

nius libro 2. cap. 95. *In Lydia inſulae quae vocantur calaminae, non ventis ſolum, ſed etiam contis qualibet impulſae, multorum ciuium Mithradatico bello ſalus.* Seneca Nat. Quaeſt. li. 3. cap. 25. *Sunt enim multi pernicoſi & leues, ex quibus quae conſtant inſulae in Lydia natant: ſunt & in Nymphaeo paruae ſalutares dictae, quae ſymphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.* Marcianus Capella libro 9. cap. 1. *Nonne ipſius vetuſtatis perſuaſione compertum, in Lydia Nympharum inſulas dici, quas etiam recentior aſſerentium Varro ſe vidiſſe teſtatur, quae in medium ſtagnum à continenti recedentes, cantu tibiarum primò in circuitum motae, dehinc ad littora reuertuntur &c.* Ex his locis ſatis apparet, *choreuſas*, & *Lydorum*, ſcribendum eſſe apud Varroenm.

Aedificatas ad Baulos.] In v.c. eſt, *aedificatas, ac loculos.* quae ſcriptura non omnino reijcienda eſt. nam ſupra dixit: *Loculatas hos habere piſcinas.* magis tamen placet, *ad Baulos.*

Neque ſatis erat eum non paſci, niſi ipſe paſceret vltro. Ita videtur legendum. nam voces, *piſcinis*, & *eos*, gloſſae ſunt.

Ac maiorem curam ſibi haberet.] Videtur legendũ: *Ac maiori curae ſibi haberet.* nam lib. 1. c. 1. dixit: *vt id mihi curae habeam rogas.*

Et quidem vtraque re, cum non paulò ſumptuoſius.] Ita videtur legendum: nam verba, *& cibo & potione*, adiecta ſunt ad illa, *vtraque re.* deinde in v.c. eſt: *qui à maioribus abſumerentur.* Item: *ſalſamentum in eas piſcinas emptitium.*

Vti per tempeſtatem &c.] Ex v.c. ita videtur legē-

dus hic locus: *Vti per tempeſtatem macellum piſcinis vt mare obſonium praeberet*. nam reliqua ſunt adiecta. Itē abundat vox, *piſces*, quae paulò poſt habetur. nam ſaginam plebeiae caenae dicit piſciculos minutos.

Atque inquit ille.] Videtur legendum: *Ac illi non minor cura de aegrotis piſcibus.* nam reliqua ſunt adiecta, & paulò poſt in v. c. legitur: *quòd aeſtuaria idonea non haberet, ac reſidem aquam, in locis peſtilentibus habitarent piſces eius.*

Quae reciprocè fluerent, ipſi Neptuno non cederet de piſcatu.] Sic legendus hic locus. & Plinius eodem modo locutus eſt, cum dixit lib. 35. cap. 10. *Cedebat Amphioni de diſpoſitione, Aſclepiodoto de menſuris.*

Propter aeſtus.] Videtur legendum: *per aeſtus*. nam ſupra dixit: *per tempeſtates*. deinde legendum: *Vt Apuli ſolent pecuarij facere, qui propter calores in montes Samnios pecus ducunt.* nam ſupra dixit. *Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium aeſtiuatum.* poteſt etiam aliquo modo defendi lectio, *Sabinos*, ex loco item ſuperiore, in quo eſt. *Nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aeſtiuabant.* in v. c. eſt, *per calores*, eodem modo, quo ſupra, *per tempeſtates.*

Vt ſuam pecuniam.] Cum in v. c. ſit, *velut ſuam pecuniam*, fortaſſe ſcribendum: *vt vel ſuam pecuniam*. paulò poſt in v. c. eſt, *obiecta oculo*, pro, *obiectaculo*.

Endo ſuam domum.] v. c. *Endo ſum domum. Endo* autem poſitum eſt ἀρχαϊκῶς pro, *in*. vt in XII. tabulis: *endomanum iacito*, pro manum inijcito.

ijcito. & apud Feſtum, *endo procinctu*, pro *in procinctu*: item, *endoitium*, pro, *initium*. & *endotercisus dies*, pro, *intercisus*, in Faſtis. Praeterea Diomedes lib. 2. docet, *endo ſuam do*, dictum eſſe, pro, *in ſuam domum*.

Quem expoſui habeto.] In v. c. additur, ò *Q. Pinni*: & rectè additum. nam ad Q. Pinnium ſcripſit Varro tertium hunc librum rerum ruſticarum.

FINIS.

NOTAE AD L. COLVMELLAM DE RE RVSTICA LIB. I.

PRAEFAT.

Q*Vam primus ille mundi genitor perpetua fecunditate donauit.*] Infra cap. 9. *Atque terras ita muneribus proprijs ditauit*. ſed videtur legendum: *dotauit*, tum ibi, tum hic. deinde: *quaſi quodam morbo ſterilitatis affectam*, non, *ſterilitate*.

Veluti carnifici noxiæ dedimus.] Videtur legendum, *noxiam*, quomodo infra cap. 9. dixit: *Nequis exiſtimet in ea me opinione verſari, qua malim per noxios, quàm per innocentes rura colere*. poteſt etiam legi, *noxae*.

Guloſius condiendi cibos, & luxurioſius.] Videtur legendum: *Guloſis condiendi cibos, & luxurioſis &c.*

Mercenarij ſalutatoris mendaciſſimum aucupium.] Videtur legendum: *mendiciſſimum*.

Mediarum facultatum dominus.] *Medias facultates* dixit pro mediocres. ſic infra cap. 1. *Quia media ſunt ſpatia grauioris halitus*, ideſt, mediocria inter breue & longum.

Ad eoſdem iuuēcos & quatuor iugerum auitum haerediolum.] Videndus Feſtum in *Quintia prata*. nam eius fragmentum ex hoc Columellae loco ſuppleri aliquo modo poteſt.

Itaq. iſtam vitam ſocordem perſequitur valetudo.] Videtur legendū: *proſequitur*. Quod verò paulò poſt

lò poſt dicit, *ſemperq́, ruſticam plebem praepoſuit vrbanae*, accepit à Varrone, qui li.2.c.1.ita ſcribit: *Nam ſine cauſa praeponebant ruſticos Romanos vrbanis*. & li.3.c.1.

Hoſticiſq́, incurſionibus vaſtatae fruges.] Videtur legendũ: *vaſtatas fruges*. & paulò poſt ſcribendum: *quando cuiq́, contigit?* cum nota interrogationis.

Vel Pythagorae nõ fuerit conſecutus.] Particula negans videtur abũdare. nam eã ſententia non requirit. itaque videndum an ſit inducenda.

CAP. I.

Nec rurſus faciendi, aut impendendi facultas voluntaſq́, profuerit ſine arte;] Ita videtur hic locus legendus, vt conſtet ſententia.

Quaecunque ſunt autem, quae propter, diſciplina ruris noſtrorum temporum cum priſcis diſcrepet.] Ita videtur legendum. nam mala interpunctio, verbo etiam *diſciplina*, in *diſciplinam* mendosè commutato, locum obſcuriorem fecit.

Hieron & Epicharmus diſcipulus.] Videtur legendum: *Hieron & Epicharmus Siculus*, vel potius, *Siculi*. & deinde pro *Euagon*, vt eſt in vulgatis, fortaſſe legendum *Euaeon*, de quo Suidas. Item *Euphronius*, paulò ſupra, non *Euphronis*.

Dionyſius περὶ φυτῶν.] Videtur legendum: *Dionyſius, Euphyton*.

Quo vt occupato quotidianus excurſus &c.] Videtur legendum: *Quo et occupato etc.* & paulò poſt: *quandoquidem & illi tam longa dominorum diſtãtia corrumpuntur &c.* non, *quoniam quidem &c.*

CAP. II.

Alijs cultis, atque alijs ſilueſtribus.] Ita videtur legendum:

gendum, cum in vulgatis codicibus deſit verbum, *cultis*.

CAP. III.

Nec non nihil eſſe etiam paruo vehi.] Particula negans videtur abundare, nec eam ſententia requirit.

Poſteritati pronuntiauit μέτρον ἄριστον.] Graeca verba irrepſerunt ex margine, notata ab aliquo ad illa: *Adhibendum modum, menſuramq; rebus.* Itē vox, *e quis*, quae paulò poſt poſita eſt, adiecta videtur. nam legendum: *quos ne circumire quidem valent.*

Nexu ciuium.] Videtur legendum: *nexu crurum.* quam lectionem veram & germanam putamus.

CAP. IV.

Sed quoniam refert qualis fundus &c.] Videtur legendum: *ſed cum refert &c.* ſequitur enim: *tum villa qualiter aedificetur.*

Proportione etiam facultatum &c.] Ita videtur hic locus interpungendus, ac legendus: *Proportione etiam facultatum, quàm optimè pater familias debet habitare, vt libentius rus veniat, & degat in eo iucundius: Vtique verò ſi etiam matrona comitabitur &c.*

Aut torret aeſtate vaporibus.] *torretur*, legendum eſſe nemo non videt.

CAP. V.

Haec quoque ſi deficient.] Videtur legendum: *deficiet.* nam refertur ad vocem, *vnda.* deinde: *huic proxima fluens, quae è montibus oriunda &c.*

Eademq; ſemper mare &c.] Totus hic locus ita videtur emendandus. *Eademq; ſemper mare rectè conſpicit, cum pulſatur, ac fluctu reſpergitur*

nonnum-

nonnumquam ex ripa paulum ſummota à litore; nam praeſtat à mari nullo potius interuallo, quàm breui refugiſſe, quia media ſunt ſpatia grauioris halitus &c.

Quae in nos denſiſsimis examinibus inuolant &c.] Locus hic non vacat mendo. ſic autem videtur legendus, atque à mala interpunctione vindicandus. *Quae in nos denſiſſimis examinibus inuolant; tum etiam natricum, ſerpentumq́, peſtes hiberna deſtituta vligine, caeno, & fermentata colluuie vere natas emittit &c.*

Quantpq́; fuerit aedificij ſolum pronius orienti.] Videtur legendum: *aedificium ſoli.* & paulò poſt: *quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit, rimoſumq́. nam nouum cùm veteri adſtruitur, ruinoſoq́; recens, aedificium quaſi vrgenti reluctans oneri cedit, & quod prius extructum imminebit cedenti, paulatim degrauatum pondere ſuo praeceps trahetur;*

CAP. VI.

Plurimis ſitq́, id anguſtis illuſtratum feneſtris.] Ex v.c. videtur legendum: *plurimis, idq́, anguſtis illuſtratum feneſtris.* deinde: *vel minimum nouem*, non, *vel minimè nouem.*

Ac frigoribus magis conſtringitur &c.] Totus hic locus ita videtur emẽdandus: *Ac frigoribus magnis cõſtringitur. Oleum (quod minus ſaepe euenit) ſi congelatur, fraceſcit &c.* deinde legendũ: *fumus earum exeritur*, non *exoritur*, quod eſt in vulgatis editionibus.

Quod ad villae pertinet ſitum.] Ita videtur legendum: nam in vulgatis codicibus deeſt verbum, *pertinet.*

CAP. VII.

Quoniam vel optima nomina non appellando, fieri mala foenerator Alphius dixiſſe, veriſſimè fertur.) Alphij huius notiſsimi foeneratoris facit mentionem Horatius in Epod. od. 11.

Haec vbi locutus foenerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus, omnem relegit
Idibus pecuniam, quaerit calendis ponere.

Ceterum cum mediocris adeſt &c.] Sic legēdus hic locus: *Ceterum cum mediocris adeſt, & ſalubritas & terrae bonitas, non nunquam ex agro plus ſua cuiq; cura reddidit, quàm coloni, nonnunquam etiam villici &c.*

CAP. VIII.

Illa ne & auctoritatem &c.) Particula, *&*, videtur abundare. & paulò poſt legendum: *Quia neſcius litterarum, vel ipſe minus poſſit rationes conficere &c.* nam vulgò legitur, *configere.*

Vt iuſta reddantur &c.] Videtur legendum: *vt iuſta reddatur, villicus ſe repraeſentet.* nam verbū *reddatur*, refertur ad vocem, *exactio.*

Vt ergaſtuli mancipia recognoſcantur; vt explorentur, an diligenter iuncta ſint; an ipſae ſedes &c.) Ita videtur hic locus legendus: deinde fortaſſe ſcribendum: *domi me neſciente*, non, *domino neſciente.* nam ita abbi locutus eſt. Item paulò poſt legendum: *maximè ſeruari debet*, pro eo quo vulgo legitur, *ſeruare.*

Nos quidem aliquanto &c.] Videtur legendum: *Nos quidem aliquando, iuſtè dolentes &c.* deinde ita interpungendum: *Quarū in ſobole certus fuerit numerus honorari debet otium, nōnunquā &c.* Locus autem hic nō omnino ſincerus videtur.

Si per plures annos facere inſtituerit.] Videtur legendum: *inſtiterit*.

CAP. IX.

Mediaſtinus.] Mediaſtinus ſeruus, qui in pauimento vermiculato Romae repertus eſt, ita deſcribitur, vt dextra manu caniſtrum, ſiniſtra ſcopā teneat, eſtq. ita inſcriptus. CORNELIVS. SERVVS. MEDIASTIN. In inſcriptione verò marmorea apud me. EPINICVS. CAESAR. SER. AMYNTIAN. MEDIAST. IVLIA. NYSE. DE. SVO. FECIT.

Quam deſiderat huius operis conditio.) Videtur legendum: *quem deſiderat &c.*

NOTAE AD LIB. II.

CAP. I.

Permiſta, atque abſumpta ſunt.) Videtur legendū: *ac abſumpta ſunt*. videndum autem an aliquid deſit poſt particulam, *&*, ante verbum, *inferiori*.

CAP. II.

Sed & patentes latius, & apertas ſumma parte.] Particula, *&*, ante verbum, *apertas*, videtur abundare. deinde legendum: *apertae rurſus obcaecari debebunt &c.*

Vltimaq́; ſint opus recuſantibus remedia, plagae. nunquam ſtimulo laceſſat. iuuencum quòd retractantem, calcitroſumq́; etiam reddit nonnunquam: tamen admoneat flagello.] Ita videtur interpungendum, legendumque.

Tum per imum contendetur.] Videtur legendum: *Tum primum contendetur*. & paulò poſt: *ſed iam expediendi rudis agri rationem*, non, *expedienti*.

Sapore quoque ſic dignoſcemus.] Videtur legendũ: *ſaporem &c.*

CAP. IV.

Circa ſolſtitium, quod eſt nonum, vel octauum Cal. Iulias.] Videtur legendum: *quod eſt* A. D. IX. *vel* VIII. *Kal. Iulias.*

Cum id tempus.] Videtur hic aliquid deeſſe. & paulò poſt legendum: *aut occaecationi, aut ſarritioni,* pro eo quòd vulgo habetur, *ſationi.*

Itaque ſiccitatibus cenſeo, quod iam proſciſſum eſt, non iterare.] Ita videtur legẽdum, cum in vulgatis editionibus deſit particula negans. deinde omiſſa interpunctione legendum: *tertiandiq́, Septembri.*

CAP. VII.

Nunc autem proinde, ac ſi temperatae &c.] Videtur legendum: *perinde ac ſi &c.*

CAP. VIII.

Qui fit A. D. IX. *Kal. Nou.*] v. c. habet: *qui fit ex* A. D. IX. *Kal. Nou.* & paulò poſt in v. c. pro *impleuerit*, habetur, *implueris*, quae lectio vera eſt.

CAP. IX.

Atque hac portione.] Videtur legendum: *Atque hac proportione.* deinde fortaſſe ſcribendum: *Nam illud idẽ, quod prima ſementis, hoc quod vltima, deſiderat.*

Nam vel pinguiſſima, vel macerrima humo iaciatur.] v. c. *Nam vt vel pinguiſſima &c.* Sed videtur legendum: *nam niſi vel pinguiſſima &c.*

Trimeſtrem vocant agricolae.] Videndum Kalendarium Ruſticum, in quo eſt, TRIMESTRE SERITVR.

Aut

Aut macro, cui nihil aliud committitur, altero ſulco ſeminari debet.] Ita videtur hic locus interpungendus.

Nec in ſabuloſis ſolum, ſed in arena quoque proueniunt.] Ita legendum, cum in vulgatis ſit: *Nec in ſabuloſo ſolo, ſed in arena &c.* & paulò poſt: *Quoniam teporibus maximè laetantur*. & deinde: *Nec impenſa graui rationem cultoris onerāt*. nam vulgo legitur, *ſationem*, pro quo v. c. habet, *ſartionem*, propius ad *rationem*.

Quo facto, palea, quae leuior eſt, citra decidet.] Ita hic locus videtur legendus.

CAP. X.

Media ſementi &c.] Hoc loco quid habeat v. c. operaepretium eſt repraeſentare. nam pro *ſementi*, habet *ſementis*: pro *ſeptimuncialis* autem, *ſeptimontialis*, & *matura*, pro, *natura*. nec tamen receptam ſcripturam cum hac comparandā cenſemus, licet *matura*, probemus.

Ac duriſſimae quidem acus reſectae, ſeparataeq́, erūt à cadentibus &c.] Ita videtur hic locus legendus.

CAP. XI.

Quod per annum deinde, rectè quater, interdum etiā ſexies demetitur.] Ita hic locus interpungēdus. deinde ita legendum: *Prima, qua pabuli cauſa circa aequinoctium autumnale, ſerimus ſeptem modios eius in vnum iugerum*.

CAP. XII.

Superuacuus tamen erit cultis.] Videtur legendum, *eſſet*, non, *erit*.

Fabam multi ne ſarriendam quidem putant, quòd & manibus, cum maturuerit deducta ſecernatur, ac

cetera runcatione.] Videndum, ſit ne ita hic locus legendus. nam vt habetur in vulgatis, non ſatisfacit.

Vt ſit in aſſem autumnalis ſatio.] Videtur legendũ: *Vt ſit in aſſe &c.*

C. XIV.

Vt niſi protinus ſublata meſſe eorum, proſcindantur, nihil ex iis ſegetibus &c.] Ita videtur hic locus legendus, interpungendusq́.

C. XV.

Quinetiam ſatis profuit cineris vſus & fauillae.] Ita videtur legendum. nam in vulgatis codicibus deeſt vox, *vſus*.

Generatim quodq́, reponendum eſt; ſicut caprarum, & ouium &c.) Ita legendum, non, *auium*. nam ex verbo *quodque*, Librariorum incuria fecit, *quoque*. deinde legendum ſub finem capitis: *De cetero vſu ſtercoris &c.*

C. XVI.

Lupini certè praeſidium expeditiſſimum non deeſt.] Ita videtur legendum, non, *deeſſe*.

C. XVII.

Ac nec campus concauae poſitionis eſſe, neque collis, praeruptae debet.) Ita ſine dubio legendũ. nam *praeruptis* mendosè legitur in exẽplaribus vulgatis.

Vt necubi ferramentum faeniſecae poſſit offendere.] Videtur legendum: *faeniſecis*. & infra: *poſt faeſicia*. ita enim eſt in antiqua aenea tabula, & in kalendario Farneſiano.

C. XIX.

Et vtrinque ſicca tum coartabimus in ſtrigam.] Ita videtur hic locus legendus. & infra: *Sed iam*

faeni-

fænisicia ſequitur cura meſſis.

C. XX.

Cum amurca, quae ſalem non accepit, aſpergatur.] Ita videtur legendum, non, *extergatur.*

C. XXI.

Vel baculis excuti, vel exteri pecudibus.) Manifeſtum erratum, *pecudibus*, cum legendum ſit, *pedibus.* nam ſupra cap. x. habetur, *promoueant pedibus, & baculis.*

CAP. XXII.

Niſi, propter medicinam Virgilius, quòd liceat ferijs flumine abluere gregem, praecepit.] Ita diſtinguendum: nam mala diſtinctio locum perturbauit.

Far pinſere.] Videndns Cato tit. 2. vbi, *pinſi far*, & M. Varro.

Foſſas veteres tergere.] Verrius Flaccus (vt eſt apud Macrobium) iuris pontificij ſcientiſsimus, propterea dicebat ferias viduis aptiores eſſe ad nubendum, quàm virginibus, quandoquidem certis ferijs, vt Latinis, Saturnalibus, non licebat ſponſo virginem ducere.

Stercora aequare.] Videtur legendum: *Stercora aquare.* Varro lib. 1. c. 13. *Itaque periti, qui poſſunt, vt eò aqua influat, eo nomine faciunt &c.* loquitur autem de fimo, qui in ſterquilia infertur. & Colu. item cap. 10. ſupra: & *aſsiduo humore ſatianda ſunt.*

Et defrutare vinum licet.] Cato tit. 24. *Quicquid vini defrutabis, partem trigeſimā defruti addito etc.* malè autem in vulgatis codicibus legitur, *defrudabis.*

CAP. I.

C*Eleberrimi carminis auſpicari principia.*] Videtur legendum: *principio*. deinde: *genus vitis habile campo, quod nebulas, pruinamq́; ſine noxa perfert; colli, quod ſiccitatem, ventoſq́; patitur*. nam ſic eſt in v. c. & ita poſcit ſententia.

Sed & poſthaec non ignorabit dominus, loco plus poſſe qualitatem caeli frigidam, vel calidam &c.] Ita videtur legendum, non, *loci*.

Quarum maturitas frugum.] Videtur legendum: *fructuum*, infra tamen cap. 2. dixit: *vt multiplicatione frugum redditus augeatur*. deinde: *fidenter, eaſdem tenacis ac duri acini cõmittet*. & paulò poſt: *rurſus calido vberioriq́; teneriores concredet*. nam, *vberioreſq́;*, manifeſtum erratum.

CAP. II.

Sic nec minus celeriter ſpondet.] Videtur legendũ: *reſpondet*. ſic infra: *nam illam niſi praepingui non reſpondere iam dictum eſt*. & alibi.

Et ceteras]. Videtur legendum: *At ceteras*. deinde ſcribendum videtur ex Plin. lib. 14. cap. 20. *Verum & aliae duae amineae germanae, quae ab eo quòd duplices vuas exigunt, gemellae vocãtur*. & paulò poſt: *Niſi quòd duplicem non abſimilem maiori germanae gerit, ſicut maior gemella minori germanae*.

Sane boni vini, ſed leuioris, quàm ſuperiores.] Ita videtur legendũ, non *ſuperioris*, vt eſt in vulgatis. deinde: *maiori gemellae nõ diſſimilis*. & paulò poſt: *Proximae praeferẽda etiã proprijs virtutibus*. Item legendũ: *Spiſſaſq́; & albidas vuas*,

ac tumidioris acini gerit. nam ſic eſt in v.c.

Sed & in arbore melius.] Particula, *&*, videtur abundare. deinde legendum: *Cum tardius altera recipiant cariem vetuſtatis*. Videndus Plin. li. 14. cap. 4. & li. 15. cap. 29. & lib. 15. cap. 1. & lib. 42. cap. 23. paulò poſt legendum: *Vini dulcis, ſed capiti, neruis. veniſq. non apti, niſi maturè lectae*. Item: *Sunt & beluolae*.

Humillimis tabulatis aptior viſula.] Ita diſtinguendum. deinde legendum: *quà potiri nequeat*. & paulò poſt: *quà vincit abundantia*.

CAP. III.

Quando cum quarto decimo reſponderint.] Ita videtur legendum ex Varr. lib. 1. cap. 44. in quo eſt: *Vt ex eodem ſemine aliubi, cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo, vt in Etruria & locis aliquot in Italia*. Plin. li. 16. c. 21. In vulgatis editionibus deeſt apud Columellã, *decimo*. deinde ita legẽdus hic locus: *At ſi qui cum ſcientiã ſociauerint diligentiam, vt non (vt ego exiſtimo) tricenas, vel quadragenas certè, ſed vt Graecinus minimum computans, licet inquit, amphoras vicenas percipiant ex ſingulis iugeribus; omnes iſtos qui foenum ſuum &c.*

Isq. licet ſit emptus ſeſtertijs octo millibus.] Ita videtur legendũ. nam ex voce *ſeſtertijs*, error fluxit, vt librarij ſcripſerint, *ſex vel potius ſeſtertijs &c.*

CAP. IV.

Qui conſeuerit ea.] Ita videtur legendũ. item paulò poſt: *cũ ſeuerit*. deinde: *quàm in otio tractaret*.

CAP. VI.

Si etiam nepotum fructu grauida eſt.] Nepotum, hic, & ali-

& alibi dixit Columella eodem modo, quo Virgilius in Gaeorgicis dixiſſe videtur,

Seris factura nepotibus vmbram.

CAP. VII.

Quae vulgo non habentur feraciſſimae.) Particula negans, abundat; & totam ſentētiam perturbat, niſi inducatur.

CAP. VIII.

Sed & Meuania bos humilis.) Videtur legendum: *Meuaniae.* nam ſequitur: *& Liguriae.* deinde ſcribendum: *Corycon florere croco &c.*

CAP. IX.

Atque terras ita muneribus proprijs ditauit.) Videtur legendum: *dotauit,* vt ſupra lib. I. c. I.

Nunc illud propriè ſpecialiter.) Videtur legendum: *ſpectabitur.* nam, *ſpecialiter,* erratum eſt librarij.

CAP. X.

Dum ad vltimum perueniat.) Videtur legendum: *ad vltimā.* deinde ſic diſtinguēdū: *Trahitur ad ſummū: quò cū peruenerit, ibi conſiſtit, atq. cōſumitur.*

Et illae fertiles, ac firmae, quae è tenero prorepunt; quòd quicquid &c.] ita legendus hic locus. deinde ſcribendum: *Si quidē loci opportunitate in fructum cogitur. ſed id ſarmentum, quod media vite ſitum, non opport una quidem parte deficit, ac numeroſo fetu benignitatem ſuā oſtendit. Hinc ſurculus tranſlatus &c.* & paulò poſt ita legendum: *Cum tamen vt & ſciat, et quod ſcit exequatur, hoc ſolum praeceptum à magiſtris acceperit &c.*

Idq; nobis poeta velut ſurdis veritatis indulget, dicēdō.) Videtur legendum: *inculcet.*

CAP. XI.

Si ſerere velimus.] Videtur legendum: *Si reſerere velimus.* & ita eſt in v. c.

Nam eam quoque plurimum & bonitati &c.] Ita videtur legẽdum. & paulò poſt ita diſtinguendũ: *vel oliuetum quod non fuerit maritum, vineis deſtinatur*. Deinde legendum: *At illud, quod vineis praecipuè eſt idoneum &c.*

CAP. XII.

Eandẽq; velut cõclauſa, et coarctata ſemina etc.] Sic videtur legendus hic locus, vt ſententia conſtet.

CAP. XIII.

Prout vnicuiq. mos eſt vineas colenti.] Videtur legendum: *colendi*. & paulò poſt: *nec incrementa duritia ſua reuerberet*.

CAP. XIV.

Tũ etiã nihil dubiũ eſt, ſaepius translatã. poſſe tamen malleolũ ꝓtinus in vicẽ viuiradicis cõſeri ſoluta, et facili terra.] Ita hic locus videt̃ emendandus.

CAP. XV.

Hac in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur.] Ita videtur legendũ: & paulò poſt pro *frõdibus*, vt eſt in vulgatis, legendũ, *frõtibus*. & deinde ſic diſtinguendum: *Si quae etiã radices, (quod maximè cauendum eſt, ne fiat) in eximendo laborauerint &c.*

Illa, quòd prouocent, & *eliciant nouas radiculas. hoc, ꝑ hiemẽ &c.*] Ita haec verba collocãda vidẽtur.

CAP. XVI.

Nos tamen plus quattuor et xx *millibus cõſerimus.*] Ita videtur legendum.

CAP. XVIII.

Colligebam ferè intra quintã &c.] Ita videtur legendum. deinde ſcribendum, *deprimuntur*, non, *deprimantur*. & paulò poſt: *Id ſequamur in eiuſmodi malleolo, quem neceſſe eſt facere longiorem &c.*

Quid?

Quid? quòd plurimum intereſt.] Ita legendum addita interrogationis nota ad verbum, *quid?*

CAP. XIX.

Cum ferè circa plagam, qua matri abſciſſus eſt.] Videndum an legi debeat, *circa ſ lautam & c.*

CAP. XX.

Quod deinde proximum &c.] Totus hic locus ita videtur legendus: *Quod deinde proximum primo, tum quod eſt tertiae notae, vel quartae quoque, catenus vt lectarum &c.* vel ita. *vel quartae, quatenus velut lectarum &c.* Deinde ſcribendum: *neque id ipſe potui tamen à meis familiaribus obtinere, vt ante me quiſquam eorum, qui quam maximè id probauerint, effecerit.*

CAP. XXI.

Vt ſeparatorum ſurculorum cuiusque generis.] Videtur legendum: *vt ſeparatim ſurculis cuiusque generis ſingulos hortos inſeramus.* deinde ita: *Velut aeterno quodam puerperio feta mortalibus diſtenta muſto demittit vbera, inter quae fauēte Libero laetis palmitibus &c.*

Sed omitto illud, quod in deſcriptis etiam vitibus contingere poteſt.] Videtur legendum: *Sed omitto illud, quod in diſcretis etiam vitibus &c.* deinde: *cum ſciet, cuius notae ſit hortus, quem deputat.* & paulò poſt: *Quin etiam quam caeli partem ſpectet genus quodque vineti plurimum refert, neque enim omne calido flatu, nec rurſus frigido laetatur &c.*

Atque tempeſtiuè.] Videtur legendum: *Intempeſtiuè.* & paulò poſt: *per vetuſtatem nobilitantur.* vel, *perpetuitate nobilitantur.* prior lectio confirmatur loco ſimili ex cap. 2. lib. 3. in quaeſt.

Et

Et ad bonitatem aliquam per annos venit. poſterior ex cap.20. lib.4. in quo ſic habetur: *Id non ſolum ad ſpeciem plurimum refert, ſed ad vbertatem, & ad firmitatem, perpetuitatemq́, &c.* certè vt hic legitur, *per potus tamen*, mendum eſt manifeſtum.

NOTAE AD LIB. IV.

CAP. I.

AT iſtud quidem contingere poteſt.) Ita legendum ex v.c. cum in alijs deſit particula, *at*. deinde: *admodum exiguum pulueris viuiradici ſubijcimus*. & paulò poſt legendum: *cum, quae iugo deſtinatur*.

Nemo minorem tripedanea.) Ita videtur legendum, pro eo quod vulgò legitur, *bipedanea*. poſtea totus hic locus ita legendus: *quod non faceret, ſi laborarent altius demerſa ſemina. Quid? quod repaſtinata &c.*

CAP. II.

Nec aliter quàm ſit multis palmitibus grauata deficit.) Ita videtur legendum.

CAP. IIII.

Poſtea cum ablaqueatur, vulneribus obnoxia eſt. nam dum exaltare fortius ſcrobem ablaqueationis foſſor ſtudet.) Ita videtur legendum. nam *orbem*, quod eſt in vulgatis, pro *ſcrobem*, manifeſtum erratum.

CAP. V.

Quae niſi manu eligũtur.) Videtur legendũ: *legũtur*.

CAP. VI.

Quarum incrementa eligere debebimus.) Videtur legendum:

gendum: *elicere*. ſic enim alibi dixit.

CAP. VII.

Alterum, quia lacerat matrem.] Ita videtur legendum. nam verba, *ſi reuellere coneris*, ſunt adiectitia. deinde legendum videtur, *increſcit*, non *inareſcit*.

CAP. VIII.

Sed huius non eadem ratio eſt amputandi.) Ita videtur legendum. nam, *quae*, abundat. paulò poſt pro *recidere*, quod eſt in vulgatis, legendum, *recedere*. ſic enim infra cap. 16. *pedali tamen ſpatio recedendum eſt*.

CAP. XI.

Formare incrementa.) Videtur legendum: *firmare incrementa*. & ſub finem capitis legendum: *vel duas gemmas relinquamus*.

CAP. XIII.

Deinde ſequitur alligator.] Initium huius capitis ſu mendum eſt ab extremis duabus vocibus praecedentis capitis, quae ſimul iungendae ſunt, & ſic legendum: *Impedationem deinde ſequitur alligatio*. nam infra cap. 16. ſic habetur. *Cũ menſem trigeſimum exceſſerit poſita vinea, ideſt tertio autumno vehementioribus ſtaturninibus ſtatim impedanda eſt; &c.*

Obſeruare debebit, qui adnectit.] Verba, *qui adnectit*, inducẽda ſunt, nam addita ſunt ab expoſitorib.

CAP. XV.

Nec mox vineam tum ſubſeri.) Videtur legendum: *nec mox vinetũ ſubſeri*. nam ex vnica voce duo verba librarius fecit.

CAP. XVI.

Nam quãtò propius truncus cũ ridica ſtatuitur.) Videtur

detur legendũ: *Nam quantò propius truncum ridica ſtatuitur*. eſt autẽ vt nunc legitur, manifeſtus librarij lapſus: deinde, *pandentur*, legendũ, non, *panduntur*.

CAP. XVII.

Sed putatoris officiũ eſt pedali ferè ſpatio citra iugũ vitem cõpeſcere.] Ita videtͣ legendũ, nõ vt vulgò legitur, *circa iugũ*. deinde: *vt prorepẽtes vndiq; pampini iniugentur*. nam *iungantur*, factum eſt ex *iniungentur*, quòd erat verbum obſcurius.

CAP. XVIII.

Pedamentaq; ſarcientibus.] Ita videtur legendum pro eo, quod in vulgatis eſt, *ſarrientibus*. Confirmatur autẽ haec lectio loco inferiore ex cap. 26. huius libri, in quo eſt: *Iugo ſi non erit opus noua ſartura, recentia vincula inſerantur*.

CAP. XIX.

De poſitione iugi, quatenus à terra leuandũ ſit.] Verba, *quatenus à terra leuandum ſit*, videntur adiecta ab expoſitoribus.

CAP. XX.

Veluti ſalebris, retardante.] Videtur legendum: *veluti ſalebrae retardant*.

Vinculo atque id, quod iugo dependet.] Videtur legendũ: *vinculo itaq. id, quod iugo dependet &c.*

CAP. XXI.

Supra vetuſti brachia.] *Supra vetuſta brachia*, legendum videtur. deinde ſcribendum: *ſi tamen palus trunco eſt applicitus, is à vite ſummouetur, & in medio ſpatio duorum duraminum ad lineam pangitur*.

CAP. XXII.

Si verò aliter formatas acceperimus vineas, & multorum

torum annorum negligẽtia ſuperuenerint iugum.]
Ita videtur legendum.

Macies & ſterilitas terrae, ſalſa, vel amara vligo.]
Ita videtur legendum, diſtinguendumq́, nam li. 2. c. 9. ſic habetur: *Solet autem ſalſam nonnunquam, & amaram vliginem vomere terra.* & lib. 3. c. 1. *Sed vt vicinum radicibus humorem ſubminiſtret, eumq́, nec amarum, nec ſalſum.* Palladius in menſe Septembri. *Solet terra humorem ſalſum vomere, qui ſegetes necat.*

CAP. XXIII.

Placet ergo ſi mitis ac temperata permittit.) Verba, *ſi mitis ac temperata*, otioſa ſunt. ſequitur enim: *caeli clementia*.

CAP. XXIV.

Nam vt ab vna vite quaſi à quibuſdam fundamentis incipiam.) Vox, *vna*, videtur abundare. & deinde legendum: *Cuius omnis humor abſumitur*. nam *aſſumitur*, mendum eſt.

CAP. XXVII.

Quibus binas detrahere oportet.) Ita legitur in v. c. pro, *binos*, vt eſt in vulgatis codicibus.

CAP. XXVIII.

Medium igitur eorum dierum ſpatium, quo acini formantur, vinearum nobis aditum negat.) Ita diſtinguendum, vt ſententia conſtet.

CAP. XXIX.

Niſi ſi propter penuriã, & caluitium loci ſumitur in propagines. autumnus deinde &c.) Ita interpungendus eſt hic locus.

CAP. XXX.

Conuehenda ſunt enim tempore iniquiſſimo hiberni.) Vox, *hiberni*, addita eſt ab expoſitore.

CAP.

CAP. XXXII.

Ac tum compeſcitur, cum obriguit hiberno frigore.] Ita videtur legendum pro eo quod in alijs eſt, *cum obrigant*.

NOTAE AD LIB. V.

CAP. I.

Boni venatoris eſt indagantem feras quam plurimas capere.] Ita videtur legendum. & deinde: *Sed hunc actum prouinciae Beticae ruſtici acnam vocant.* M. Varro lib. 1. c. 10. *Actus quadratus, qui & latus eſt pedes centum viginti, & longus totidem, is modus acna latinè appellatur.* Sed malè ibi: *is modius ac mina &c.*

CAP. III.

Hi numeri inter ſe multiplicati.] Ita videtur legendum: nam in alijs deeſt, *inter ſe.*

CAP. IV.

Conuenit à ſumma parte.] Sic legendum, ſine particula, *vt*. & deinde legendum: *Quod ipſa capita ſine vlla extantia &c.*

CAP. V.

Et idcirco pleriſq́; etiam ſterilis videtur &c.] Ita legendum. & paulò poſt: *Itaque nemo eam ſerit &c.*

Nam ſi latiores fuerint, ex ipſis ſeminibus, quae proculcata erunt, noxam capient.] Ita legendus hic locus. Verba verò quae paulò poſt ſequuntur: *Cum plantas in aliud ſeminarium transferre volumus*, videntur è loco ſuperiore adſcita.

Omnibus annis, alioquin in ſuperius tabulatum excitabitur &c.] pro, *annis* vt vulgò habetur, ſine

dubio legendum, *ramis*; & paulò poſt: *Quemq. ramum extendant*.

Torum imum imponi tum oportet, cũ vires viti adimit, interdum neceſſarium habetur.] Sic legendum. & paulò poſt: *& nepotibus, qui ex his nati ſunt, amputatis, committantur*. deinde legendum: *Si gracilis, trunco proximi; ſi mediocris, medij &c.*

CAP. VI.

Atque in ramis deducatur] Videtur legendum: *Atque in ramos deducatur*.

CAP. VII.

Omnisq; olea, maior ferè ad eſcam, minor oleo eſt aptior.] Sic legendum, inducta copula, *&*, quae ſententiam perturbat.

CAP. VIII.

Hoc eſt manubrij craſſitudine feraciſſimis arboribus adimito, & ex his quam recentiſſimis taleas recidito.] Ita videtur legendum, cum in vulgatis codicibus ſit, *feraciſſimos*, & *recentiſſimos*.

Nec idoneo ſegetibus quinum & vicenum pedum.] ſic legendum. nam, *quidem*, pro, *quinum*, erratum eſt librarij. deinde ſcribendum: *Vt aeſtiuo perflatu refrigerentur*. nam malè legitur in vulgatis, *aeſtiuo proflatu*.

Omnis deinde ſoboles, quae ex imo ſtirpe enata eſt, quotannis extirpanda eſt. ac tertio quoque, fimo vel pabulandae ſunt oleae.] Ita legendus hic locus. deinde ſic ſcribendum: *At ſi ipſis tantum modum arboribus ſeruieris, ſingulis ſtercoris caprini ſex librae; ſtercoris ſicci modij ſinguli &c.* Palladius in menſe Octobri. tit. 8. *Caprini ſtercoris ſex librae vni arbori, vel cineris modij ſin*gul

guli ſufficient. Colu.li. 11. *Eiusq́; plantā circa Kal. Non. deprimemus, & multo cinere ſtercorabimus; id.n. genus ſtercoris huic oleri videtur*] aptiſſimum.

Vt permiſtum hieme radices oleae calefaciat.] Ita videtur legendum. deinde ſcribendum: *Solet etiā vitio ſoli fructū oleae negare.* nam *necare* factum eſt ex antiqua ſcriptura, qua *maciſtratos* pro *magiſtratus ſcribebant.*

CAP. IX.

Quoniam ſi prius cacumina hominis manu tractata etc.] Ita videtur legēdum. & fortaſſe pro *tractata*, vt eſt in vulgatis, legeretur rectius, *perfracta*, vt infra de arbore, c. 19.

Maximè etiā ne imbecillis à valentiore prematur.] Ita videtur legendum. deinde ſcribendum: *Ac illos magis, qui ſunt contra ſolem, quàm qui vmbroſis ramis, aut plantis continentur.*

Poſtea manus admoueto.] Videtur legendū: *Poſt, ita manus admoueto; vt de cliuo, & ſicco in humidū agrum transferas, trifurcam maximè ponito.*

Locis frigidis & aquoſis.] Ita videtur legendū. nam verba, *autumni tēporibus*, adulterina ſunt. deinde legēdū: *Cū groſſulis priorē fructū decutito etc.*

Cum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & extenſa in modum ramorū alias radices emittit.] Ita corrigendus hic locus ex libro de arborib. c. 22.

Et ita cacumina arboris ſummi oblinimus.] Ita videt̄ ſcribēdū pro eo quod vulgò legitur, *obleuimus.* deinde ſcribendū: *at ſi iam arborē ſatā habueris.* & paulò poſt ſic: *& fiſſurā cuneū tedae pineae adigito.* nā ſic infra hoc ipſo capite legēdū: *Forata arbore lapidē adigito,* pro eo qđ ibi eſt, *adijcito*

CAP. XI.

Cythiſum in agro eſſe quam plurimũ maximè refert, quod gallinis, apibus, capris, bubus quoque & omni generi pecudum vtiliſſimus eſt.] Pro *apibus*, vt eſt in vulgatis codicibus, videtur legendum, *ouibus*. nam ſequitur: *quòd ex eo cito pingueſcit, & lactis plurimum praebet ouis*. ex voce autẽ, *ouibus*, fecit Librarius, *apibus*, facili lapſu.

NOTAE AD LIB. VI.

PRAEFAT.

ET in ea vrbe, cuius moenibus condendis mas & femina aratro murum ſignauerunt & portas, quod item &c.] Ita hic locus videtur emendandus ex veſtigiis antiquae lectionis in codice manuſcripto, & ex praefatione lib. 2. Varronis, vbi eſt: *& quòd, vrbis cum condita eſt, tauro & vacca, qui eſſent muri, & portae definitum.* Videnda quae ad locum Varronis notauimus.

CAP. I.

Et tanquam inciente vtero.] Ita videtur legendum: cum mẽdosè ſit in libris vulgatis, *implente*, pro, *inciente*. Sed non ſemel in hoc verbo erratum eſt cum apud Columellã, tum apud Varronẽ, & Arnobium. Videndus Feſtus in *Inciens*.

Colore rubeo, vel fuſco.] Videtur legendum: *colore rubro &c.*

CAP. II.

Ne tenera fronte ſub cornua laedantur.] Videtur legendum: *ne tenerae frontes ſub cornua &c.*

Ne in corporatione.] Videndum an legi debeat, *ne in comparatione*. qua voce vſus eſt in lib. 2. c. 2.

cum

cum dixit: *Recurrendum eſt igitur ad qualitatem inter ſe diſſidentium, quaſi quaſdam coniunctiones, quas Graeci* συζυγίας ἐναντΐοτήτων, *nos diſcordantium comparationes tolerabiliter dixerimus.*

Humilis enim, & modica corporatura.] Videtur legendum: *Habilis enim &c.*

CAP. III.

Et ſtramenta pecori ſubiecta plurimum ſtercoris efficiunt.] Ita videtur legendum. deinde: *Sed poſt aeſtatem neceſſariae deficientibus ceteris.*

Iligned tamen vel melior eſt quernea.] Particula *vel*, videtur abundare. & paulò poſt legendũ: *Plerumq; tamen ſufficiunt ſinguli modij glandis.*

CAP. V.

Sed ipſum medicamentum ponderis ſexcunciae.] Ita corrigendum.

CAP. VII.

Et vtrorumq; pondere vetuſtiſſimus caſeus.] Ita videtur legendum. deinde: *Per quatriduum diſpenſati dantur*: & paulò poſt: *& oleaſtri cacumina viridia.*

CAP. IX.

Miſcentur aquae calidae ſeſtertijs duobus.] Ita videtur legẽdũ. deinde: *Porri etiã ſuccus oleo etc.*

CAP. XI.

Sanguis dimiſſus in pedes.] Videtur legendũ: *Sanguis demiſſus in pedes.* & paulò poſt. *Quae ſi ſuppurauerit, tardè procurabitur.*

CAP. XIII.

Radix coryli inuſta ita, vt ſupra docuimus, perforatae auri inſeritur.] Videtur legendum: *Radix conſiliginis, ita, vt ſupra docuimus &c.* nam deſignat locum ſuperiorem cap. 5. in quo eſt:

Praeſens etiam remedium cognouimus radiculae, quam paſtores conſiliginem vocant. ea in Marſis montibus plurima naſcitur, omniq́; pecori maximè eſt ſalutaris. Leua manu effoditur ante ſolis ortū, ſic enim lecta maiorem vim creditur habere. Vſus eius traditur talis. Aenea ſubula pars auriculae latiſſima circumſcribitur &c. & facto foramini praedicta radicula inſeritur. infra etiam lib. 7. cap. 5. meminit huius loci, cum ait: *Ouem pulmonariam ſimiliter vt ſuem curari conuenit, inſerta per auriculam, quam veterinarij conſiliginem vocant. de ea iam diximus, cum maioris pecoris medicinam tradidimus.* Hanc Vegetius in *Mulomedicina* pulmonariam appellat. Hermol. in coroll. li. 2. *Telephion.*

CAP. XV.

Saepè vel grauitate longioris.] Locus ſine dubio mendoſus. itaque legendum: *Saepe vel grauitate longi oneris, vel cum in proſcindendo, aut duriori ſolo, aut obuiae radici obluctatur, conuellit armos.* deinde: *Si vehementius vtrumq́; vitiauit, tum in poſterioribus &c.* & paulò poſt: *& cortice pineo leuigato imponitur.*

Fuligo infricatur.] Videtur legendum: *Infriatur.* quo verbo vtitur & Varro & Columella de hac ipſa re lib. 12. c. 30. *Poſtea terito, & pondo quadrantem amphoris ſingulis infriato, & oblinito.* & hoc ipſo libro cap. 31. *Maximè proderit fuligo ex aheno vlceri infriata.*

CAP. XVI.

Quem Graeci μυςάλην.] Ita videtur legendum, pro eo quod eſt in libris vulgatis, σκυτάλην. deinde: *Scarificationi intenduntur.* & paulò poſt:

tumorq́;

tumorq́, oſtendit iniuriam dentium. nam *humor*, pro *tumor*, manifeſtum mendum.

Optimum eſt ignea lamina conuerſionem reſecare.] Videtur legendum: *reſerare*. nam ita habet infra cap. 32. *Suppuratio melius ignea lamina, quàm frigido ferramento reſeratur*.

CAP. XIX.

Neque enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato.] Videtur legendum: *bos taurus à caſtrato &c.*

CAP. XX.

Oculis nigris & patentibus, cornibus venuſtis &c.] ita diſtinguendum.

CAP. XXV.

Idq́, facere vel autumno.] Videtur legendum: *Idq́, facere vere, vel autumno &c.* nam infra cap. 11. lib. 6. ſic dixit: *Caſtrationis autem in hoc pecore duo tempora ſeruantur, veris & autumni*.

Quibus comprehenſis, ſtatim teſtes ferro reſecare. Videtur legendum: *reſerare*. nam ſequitur: *& expreſſos ita reſcindere &c.* ex ijs autem quae praecedunt, ſatis aperte intelligitur ita legendum eſſe.

CAP. XXVI.

Vacuaq́, magis, quàm ſtirpibus impedita.] Ita videtur legendum. & deinde: *Poſt annum enixae paruo cum labore fetum educent*. nam infra cap. 27. ſic ait: *Feminam bimam rectè concipere, vt poſt tertium annum enixa, fetum educet &c.*

Quae enim poeta licentius dicit.] Cum in v. c. ſcriptũ ſit, *Quae. n. poeta*, ideſt, Quae noſter poeta &c. ex illo. *n.* fecit librarius *enim*, ſed legẽdũ, *noſter*. ſic enim hoc verbũ in vetuſtis libris ꝑ Libra-

rios vnica tantum littera, hoc eſt, prima deſignari ſolet.

In ſacro monte Hiſpaniae.] Ita legendum. nam apud Varronem lib. 2. malè legitur, *monte Tagro*, vt ibi diximus.

Odore perfricatur deterſi ſpōgia feminae loci, & admota naribus.] *Ita legendus hic locus.* nam, *equi*, vox videtur adiecta ab expoſitoribus. pro *perfricatur* autem, vt legitur in vulgatis, rectius fortaſſe legeretur, *vellicatur*.

Ignobilis quoque vulgaris.] Vox, *vulgaris*, adiecta eſt ad verbū, *ignobilis*, ex loco inferiore. vel addenda particula, &. deinde legendum: *nam vbi admotus ferè tētauit obſequiū feminae, abducitur &c.* infra cap. 36. *Id ne fiat, degener & vulgaris aſellus admouetur, qui ſollicitet obſequia feminae.*

CAP. XXVIII.

Qui ſunt ex placido & concitato mitiſſimi.] Videtur legendum, *miſti*, pro eo quod vulgo habetur, *mitiſſimi*.

CAP. XXIX.

Parumq́, ordei cum vicialibus.] Videndum an pro *vicialibus* legendū ſit, *viciae libris* iis. nam ſcriptum fortaſſe fuit, *viciae lib. iis.*

Si armos laeſerit, aut ſanguinē &c.] Pro eo quod eſt in libris vulgatis, ita videtur hic locus legendus: *Si armos laeſerit, ita vt ſanguinē demi neceſſe ſit, tumidiores in vtroque crure venae ſoluantur &c.*

Exemptoq́, ſtercore poſtea cunila bubula.] Ita videtur legendum pro eo quod eſt in libris vulgatis, *exemptoq́, ſtercore poſita cunila bubula &c.*

CAP. XXX.

Sextarius aquae calidae in eandem menſuram lenti miſce-

miſcetur.] Ita videtur legendum pro eo quod eſt in vulgatis libris, *lentis* deinde: *Tum ex aequo miſcentur radices agroſtis herbae &c.* nam vox *agreſtis*, mendum eſt.

CAP. XXXI.

Maximè proderit fuligo ex aheno vlceri infricata.] Legendum videtur, *infriata*: nam ſupra cap. 15. dixit: *Et ad vltimum, cum iam cicatricem ducũt, fuligo infriatur.*

CAP. XXXII.

Vel cum fuſili ſale trita ſaepè teſta.] Videtur legendum *foſſili*, non, *fuſili*.

CAP. XXXV.

Quouſq. ampliſſimae atq. pulcherrimae formae eſt.) Sic legendum, pro, *ſit*, vt eſt in codicibus vulgatis. deinde pro eo quod vulgò habetur: *Multi admiſſarij ſpecie tenus mirabiliſſimam ſobolem forma* &c. videtur legendum: *Multi admiſſarij ſpecie tenus mirabiles, peſſimam ſobolem forma, vel ſexu, progenerant.*

CAP. XXXVI.

Et iniuria depulſum, etiam ceteris equis reddit inimicum.] Vox, *iniuria*, ſuſpecta eſt, & fortaſſe ſcribendum eſt, *initura*. Sed lib. 9. c. 9. cum ſcriptum ſit: *Sin autem defuit cuſtos, velut iniuria repulſa, peregrinam regionem petit*; poterit vulgata lectio ex eo loco defendi. Vidẽdus tamen Columella hoc ipſo libro cap. 26. nam ibi de hac ipſa re accuratè diſſerit.

Nam clitellis aptior mulus, illa viae agilior.] Ita videtur legendum.

CAP. XXXVII.

Ea herba viridis, nec nõ tardè tamen arida &c.) Ita vide-

detur legendum. & paulò poſt, illud, *ſicut*, diſiunctim ſcribendum ita: *Sic, vt prioribus huius voluminis partibus tradidimus*.

NOTAE AD LIB. VII.

CAP. I.

De minore pecore dicturi P. Siluine principium tenebit minor Arcadico vilis hic, vulgarisq́, aſellus.] Ita videtur legendus hic locus. Varro libro 2. cap. 1. de aſinis Arcadicis ita ſcribit. *Hoc enim nomine aſini Arcadici in Graecia nobilitati &c.*

Tum & facilem terram qualis in Baetica, *totaq́ Libye eſt*.] Ita videtur legendum.

CAP. II.

Tectum pecus.] Videndus Plinius li. 8. cap. 47. Pro eo autem quod in libris vulgatis eſt: *Sed etiam colaribus plurimum refert*, videtur legendum, *differt*.

Macris ſtabulantur campis.] Videndum an ſit ſcribendum, *pabulantur*. & de Macris campis legendus Varro.

Quos vocant ἐρυϑροῦς.] Videtur legendum: ἐρυθραίους, ex loco inferiori. deinde: *Sed in vtroque emendo plura communia &c.* & paulò poſt, *nunquam non candidiſſimos mares legeris*.

CAP. III.

Significauit idem qui ſupra.] Ita videtur legendũ. deinde fortaſſe ſcribendum: *Quòd cum ſentiat ſe velut quodam naturae ioco caput eſſe armatum*. Sed haec lectio non plenè ſatisfacit. & fortaſſe inducenda vox, *capitis*. vel legendum: *quo-*

quodam naturali ceſtu.

Sequaris autem noualia non ſolum herbila.] Ita videtur legendum. deinde ſcribendum: *Quaeq́; nõ comprehendatur hieme.* & paulò poſt. *Partus verò incientis pecoris.* ſic enim legendum, non, *incipientis*. idem error irrepſit apud Varronem libro 2. cap. 2. vbi, *enitentes*, pro, *incientes*, ſcriptum eſt. Videnda quae ad eum locum notauimus.

Quod Graeci vocant, ἐμβρυουλκεῖν.] Ita videtur legendũ. & deinde: *Semel tamen die poteſtas aquae facienda eſt.* & paulò poſt: *Quoniam grex, quod eſt cuſtodis officium, ſublimem, celſiſſimamq́; oculorum veluti ſpeculam deſiderat.* Item: *& effetas, dum procurrunt.*

CAP. IV.

Et alienis non amantibus.] Pro verbo, *amãtibus*, videtur ſcribendum, *alentibus*; vel certè, *lactantibus*. deinde legendum: *Nam ſaepius detegenda, & refrigeranda eſt.* & paulò poſt: *Humorq́; omnis vrinae deriuandus eſt*, nam malè, *deuerrendus*, legitur in codicibus vulgatis.

CAP. V.

Quanquam pars haec exordio paenè tota iam exhauſta eſt.] Sic videtur legendum. & deinde: *Nam ſubeſt aſpera cutis, & velut quaedam porrigo &c.* Videndus Corn. Celſus lib. 2. cap. 7. & li. 6. cap. 2. & paulò poſt: *Vt ex pluribus aliquod inuentum remedio ſit.*

Candens ſenum vulneri per ardentem tedam inſtillato.] placeret magis, *per candentem teſtam inſtillato*. Sed li. 8. c. 5. dixit: *atque ardente teda perluſtrant.*

Quod

Quod infuſum, tantum valet, vt eblandiatur igneam ſaeuitiam.] Ita corrigendus hic locus. & paulò poſt legendum: *Remedio ſunt aeſypus, & ſal aequis ponderibus contrita.*

CAP. VI.

Hanc pecudem mutilam parabimus quieto caeli ſtatu: procelloſo, atque imbrifero cornutam. nam ſemper, & omni regione maritos gregum mutilos eſſe oportet.] Ita videtur corrigendum ex loco ſimili, qui habetur ſupra cap. 3. *Itaq. ſi plerunq. eſt atrocior hiems, hoc genus eligemus; ſi clementior, mutilum probabimus marem; quoniam eſt illud incommodum in cornuto &c.*

Tempus admiſſurae per autumnum ferè ante menſem Decembrem praecipuum.] Ita videtur legendum, pro eo quod vulgò legitur, *praecipimus.* deinde: *Peſſima eſt fetura cum matres binae ternos hoedos efficiunt.*

CAP. VIII.

Et ſeminibus gneti.] In v. c. ſcriptum eſt, *cneci.* Theophraſto eſt κνήκων. deinde legendum: *pigro humori defluere.*

CAP. IX.

Probandi ſunt totius quidem corporis amplitudine eximij.] Videndum an pro, *quidem*, legendum ſit, *quidam.* paulò poſt ſcribendum: *incientem*, non, *enitentem.* In quo verbo diximus ſupra non ſemel erratũ eſſe à librariis apud Varronem & alios Scriptores. deinde videtur legẽdũ ſub finem capitis. *Nam quamuis praedictum animal in pabulatione ſpurcè verſetur &c.*

CAP. X.

Naſueantibus quoque ſalutaris habetur eburnea ſcobis

bis ſali fricto, & fabae minutè freſae commiſta.) Ita legitur in v. c. & paulò poſt videtur deeſſe verbum, *datur*, poſt τὸ *conſperſa*, vt ſit: *Omniq; bile depulſa, cicercula, vel faba, dura muria conſperſa datur*. Sub finem capitis haec verba ſic videntur diſtinguenda: *Nam pecus inſatiabile eſt*. ſues *enim dum dulcedinem pabuli conſectantur ſupra modum, aeſtate ſplenis incremento laborant*.

CAP. XII.

Quamobrem tectus tenebris tutiorem acceſſum habet ad inſidiantem.) Sic legendum. nam vox, *canis*, abundat. deinde: *qui Graecè* δράκες.

Si & aduenientem ſagaciter adoriuntur.) Videtur legendum: *odorantur*, non, *adoriuntur*. & paulò poſt: *quàm villae, areaeq; cuſtos*.

CAP. XIII.

Coctam picem liquidam ſuillae adipi vulneribus inſtillari conueniet.) Ita videtur legendum. & deinde: *Siue cyminum tritum pari pondere*. & paulò poſt. *Seu cucumeris anguinei ſuccus*.

NOTAE AD LIB. VIII.

CAP. I.

M*Enſamq; pretioſis dapibus opulentent.)* Videtur legendum: *Menſaſq; pretioſas dapibus &c.* Supra cap.2. lib.7. *Sed etiam elegantiū menſas iucundis, & numeroſis dapibus exornat*. paulò poſt legendum, μελισσῶνες.

CAP. II.

Niſi quòd rutilam galeam.) Videtur legendum, *paleam*. nam infra in hoc ipſo capite ſic ſcribit. *Paleae*

leae ex rutilo albicantes. deinde: *Propriè appellantur gallinae.* & paulò poſt: *Nec tantum id patiuntur amiſſis genitalibus, ſed ferro candente etc.*

Quae paſtoris vnius curam diſpendant.] Videtur legendum: *diſtendant*. & paulò poſt: *Propter inſigne candoris.* nam τὸ *quod*, abundat. deinde legendum: *& ſub hac ſpecie quàm ampliſſimis, nec paribus vngulis &c.*

Quae velut in cane barbae dependent.] Ita legendum. & deinde: *Lacertoſaeq; ſimiles brachijs alae; tum proceriſſimae caudae*. Videndus Varro lib. 3. c. 9.

CAP. III.

Quae ipſa è tribus minima debet eſſe in altitudinē.] Ita videtur legendum. deinde: *Huic autem focus applicetur tam longè*. & paulò poſt: *diuidatur tabulatis*. & ſic interpungendum: *Nec plus latitudinis, quàm media. ſublimitas diuidatur tabulatis &c.*

Cauatis, aut qualis vlmineis.] Videtur legendum: *cauatis, ſiue qualis &c.* deinde: *Conquadratae deinde foratis duobus aduerſis parietibus inducūtur*. & paulò poſt: *pedibus euerritur*. nam malè vulgo legitur, *euertitur*.

CAP. IV.

Nam & partus rarò.] Videtur legendum: *Nam & pariunt rarò &c.* deinde: *Quibus harum rerum vilent pretia.* Sic enim legendum, non *vigent*. Infra tamen cap. vlt. eſt: *& ſiquae ſunt aliae ſaxatilis notae, quarum pretia vigent*. Sed hic, *vilent*, vt legatur, ipſa poſcit ſententia. paulò poſt legendum: *Nullius ornithonis quaeſtus vincet impenſas*.

CAP. V.

Quoniam aliae melius excubant.] Videndum an rectius ſit, *excludunt.* paulò poſt legendum: *& ſic adminiſtranda eſt, vt rurſus cum excludũtur &c.*

Nec minus alij capita cum clauis ferreis ſubijciunt.] Sic legendum. & deinde: *Cum grex fuerit effectus*, pro eo quòd vulgo habetur, *effetus*. nam infra cap. 11. ſic ait: *donec quinque & viginti capitum grex efficiatur*. & cap. 14. *& longè maior grex efficitur*.

Optimumq́, eſt intra officinam clauſos.) Ita videtur legendum. & deinde: *Quae cum furfure triticeo minuto cocta.* nam vox, *farre*, mendosè fluxit ex *furfure*.

Mox quoque ſicut in ceteris &c.) Ita legendus hic locus: *Mos quoque ſicut in ceteris pecoribus eligendi quaeq́, optima, & deteriora vendendi.*

CAP. VIII.

Minus compares ſuas diligunt.) Ita videtur legendum. & paulò poſt: *Quàm illos, qui Ponticum Phaſim, & Scythica ſtagna Maeotidis heluati iam, nunc Gangeticas, & Aegyptias aues temulenti eructant.* deinde legendum: *Praebeasq́, copioſum cibum parentibus.*

CAP. IX.

Aqua ſemper recens, & quàm mundiſſima vaſculis, qualis columbis, atque gallinis praebetur. Tegeticulaeq́, mundantur &c.) Ita videtur legẽdum.

CAP. X.

Faciuntq́, auidiorem volaturam.) Videtur legendum: *volucrem*, non, *volaturam*.

CAP. XI.

Captantis vndiq́, voluptates ac requiem, quibus ſolicit-

licitudines ruris eblandiantur.) Videndum an ita potius legendus ſit hic locus, quàm vt in vulgatis codicibus habetur.

Itaque includendae ſunt enitentes.) *Enitentes*, vox eſt mendoſa, & pro ea, *incientes*, hic quoque vt ſupra, reponendum. deinde legendum: *Idque fieri maximè patris familias rationi conducit.* & paulò poſt ſcribendum: *& emiſſa ligato pede longa linea canabina cuſtoditur.* nam *gallina*, pro, *canabina*, mendosè legitur.

CAP. XIII.

Vt protecti ſint, ſecretas ſingulis baras facere oportet.) Ita videtur legendum, pro eo quod vulgò legitur, *ſecretis angulis*.

CAP. XIIII.

Altè nouem pedum maceria.) Ita videtur legẽdum. nam cap. 15. dixit: *Isq; munitur ſublimiter pedũ quindecim maceria.* deinde in v.c. eſt. *& ad incubandum à Kal. Febr. vel Martij &c.* de qua re videndus Varro lib. 3. c. 10. paulò poſt legendũ: *Quàm quod ipſae ſuos foueant.*

Nam tepidis quinque & viginti ſatis ſunt.) Ita videtur legendum. & paulò poſt: *Quàm vicenos adigi*, vel, *adici*, vt eſt in v.c. deinde: *aridiſſimũ quodq; faenum.* nam *gratiſſimum* mendosè in vulgatis codicibus ſcriptum eſt. item: *ne coluber, ne viuerra, felesq;, aut etiam muſtella poſſit aſpirare.* nam *vipera*, mendum eſt, quod irrepſit etiam in caput ſequens, in quo eſt: *ne feles, aut vipera perrepat.*

CAP. XV.

Neſotrophei cura ſimilis.) Ita videtur legendum, tum hic, tum paulò poſt, vbi eſt: *Media deinde*

parte

parte neſotrophei &c. ita enim vtrobique ſcribendum. nam *neſſotrophei* mendum eſt, quod irrepſit etiam in lib. 3. c. 11. apud M. Varr. quẽ Graecè id verbum prolatum eſt, ſed ſcriptum mendosè, νεοσσοτροφεῖον, cum νησσοτροφεῖον, vt ad eum locum notauimus, ſcribendum ſit.

Aquatilibus autem cibis.] Videndum an legi debeat, *Aquatilis autem cibi.* & paulò poſt: *vilis allecula*, legendum, non, *riualis*, quod verbum mendoſum eſt. nam infra cap. 17. ſic ait: *Itaq; praeberi conuenit tabentes aleculas &c.* & paulò poſt: *Nam & alecula modo capta, & cammarus, exiguusq; gobio, & quiſquis denique eſt incrementi minuti piſcis maiorem alit.*

Tempora cõcubitus, eadem quae ceteri ſilueſtres alites obſeruant &c.] Ita ſine dubio legendum. nam locus eſt corruptus, vt nunc legitur. & paulò poſt ſcribendum: νησσοτροφεῖον, non, νεοσσοτροφεῖον.

C. XVI.

Ad curam peruenimus piſcium.] Ita videtur legendum. & paulò poſt pro, *ſcarumq; nutrirent*, v. c. habet, *ſqualumq;*, & ſic Varro lib. 3. c. 3. *ſqualos ac mugiles.* nam Plinius lib. 9. cap. 18. refert Optatum Tiberij Claudij Imperatoris libertũ, primum ſcaros litoribus Italiae ſeminaſſe &c. ex quibus verbis apparet, *ſcarum*, hic non habere locum.

Nihil ſua intereſſe.] Vox, *ſua*, videtur abundare. & deinde legendum: *Grandi aere* XXXX HS *piſcinas pupilli ſui venditabat &c.* atque ita legendum eſſe apud Varronem lib. 3. cap. notauimus ad eũ locum.

Cum ab mari deferrentur viuaria.] Videtur legendum: *Cum ad mare proferrentur viuaria.* quae lectio confirmatur loco ſimili apud Varronem libro 3. cap. 3. in quo eſt: *ac piſcinas protulit ad mare*.

Fructus terrae praecipere non poterit.] Videtur legendum: *percipere*, non, *praecipere*. & paulò poſt: *& indigenas vmbras*, ſine particula, *ve*. deinde: *nec alio naſcitur*, non, *paſcitur*. Item: *vt ſcarus &c.* & ſub finem capitis ſcribendum. *Tarſenſis*, non, *Thyrſenſis*.

CAP. XVII.

Si ſemper influente gurgite riget.] Videndum an rectius ſit, *viget*, non, *riget*. & paulò poſt legendum: *Multi putant in eiuſmodi ſtagnis longos piſcibus receſſus, & flexuoſos*. ſic enim magis placet, quàm, *fluxuoſos*.

Debent tamen ſimiles velut cellae parietibus excauari.] vox, *ſimiles*, ſuſpecta eſt, & fortaſſe pro ea, *ſimplices*, reponendum. deinde ita legendum: *Quare, vt propoſueram, qualitatem litoris noſtri contemplemur; ſi videmus ſcopuloſam, probemus*.

Quorum pretia vigent.] Ita videtur legendum. & paulò poſt: *Nec minus ſcarorum branchias*.

NOTAE AD LIB. IX.

PRAEFAT.

Ac pomarijs.] Videtur legendum: *ac aluearijs*, ſiue, *ac apiarijs*. nam infra cap. 3. ſic habet: *Itaque ne hoc in toto apiario fiat &c.* & paulò poſt legendum: *quem inſcripſimus*.

CAP.

CAP. I.

Et ſi veteris arboris truncus.] Videtur legendum: *Et ſiue teres arboris truncus.* Itē: *per latus perforatur.* & deinde legendum: *Deinde per tranſuerſa laterum caua tranſmittuntur amites &c.*

Satis eſt autem vacerras tres in pedes octonos.] Ita videtur legendum. deinde, pro, *ſicuti Galliarum*, videndum an legi debeat, *ſicut in Gallia Alp. necnon, & in alijs quibuſdam prouincijs &c.*

Et olerum ferè intubi,] Videtur legendum: *ferae intubi.* nam infra cap. 4. ait: *rapiſtriq; olus, & intubi ſilueſtris.* & lib. 10. de cultu hortorum *palmitibusq; feris laetatur.*

CAP. II.

An Cretae Saturni temporibus, vt Nicander.] Hinc in Cretēſium argenteis numiſmatibus videmus ex vna parte apis ſimulacrum expreſſum, ex altera incerti animalis caput cornutum cum litteris, ΕΛΤΡΙΩΝ, qui populi ſunt Cretae.

CAP. III.

Eorumq; alia vaſtas, ſed glomeroſas, eaſdemq; nigras, & hirſutas apes habere.] Ita videtur legendum. nam *Eorum*, ad verbum, *examinum*; *alia* ad, *genera*, refertur.

Et lotas coloris meliuſculi.] Ita videtur legendum. & paulò poſt ſcribendum. *Si verò ſaeuiat, maxima peſſima eſt.*

CAP. IIII.

Et vt noſter praecipit Maro.] Ita videtur legēdum. & paulò poſt: *Tum verò puniceae roſae, luteolaeq;* & deinde: *Cultis aequè atq. paſcuis regionibus, quae fauorū cellas exuperāt.* Hic aūt locus in

M 2 vul-

vulgatis codicibus valde mendoſus eſt.

C. V.

Nec minus vitentur cauae rupis, aut vallis argutiae, quas Graeci, ἤχους vocant.] Ita videtur legendus hic locus.

CAP. VI.

Sique illa ferax eſt ſuberis.] Ita videtur legendum. deinde: *Si verò ferulis exuberat, iis quoque cum ſint natura corticibus ſimiles, aequè commodè vaſa texuntur.* nam vt vulgò legitur, locus mendoſiſsimus eſt. paulò poſt legendum *alueos*, nō, *aluos*; & ſic infra.

CAP. VII.

Ne cum inſpiciuntur, ea quae in curatione tractatur.] Sic videtur legendum. & ſub finem capitis: *Cū licet vitare hoſtis obſidia.* nam, *peſtis*, pro, *hoſtis*, mendoſè legitur.

CAP. VIII.

Mox cum perlatae domum fuerint, ſi dies ſuperuenerit.] Videtur legendum: *ſuperfuerit*. deinde: *Mellificio nihil antiquius, apes quàm quibus vtantur &c.* & paulò poſt ſcribendum: *Praeparandumq́; in hanc rem liquidam rubricam, qua &c.* item *alueorum*, & *alueos*, vt diximus.

CAP. IX.

Eorumq. egreſſus, regreſſusq. diligentius cuſtodire.] Ita legendus hic locus.

CAP. XI.

Poenis, ac mortibus afficiantur.] Ita videtur legēdum. & deinde: *vt ceterae apes*, non, *vt ceteras apes*.

CAP. XII.

Eaq. pauida, cum repetierit alueum maternam.] Ita vide-

videtur legendum: nam cetera ſunt adiecta.

CAP. XIII.

Tuncq́; vacuae cerarum partes computreſcant.] Ita legendum, non, *tunc quae &c.* vt eſt in vulgatis codicibus. deinde ſcribendum: *Nec vllis iuuentutis ſupplementis frequentatae, nouiſſimè reliquae intereunt.* Item: *alueorum*, non *aluorum*, vt ſupra notauimus.

CAP. XV.

Examinant alui.] *Aluei*, vt diximus. & paulò poſt legendum: *Qui prudentiſſimè ait non tanto interitu pecus iſtud amitti &c. nam admitti*, mendum eſt. deinde: *decimo quoque die aluei aperiendae ſunt &c. conſperſis vacuis partibus alueorū &c. qui plerunq. inter alueos morantes &c.* Item: *cū eſt eorum maxima multitudo &c.* nam verbum *eorum*, ad *vermes* refertur, non *ad apes*, vt exiſtimarunt ij, qui, *earum*, ſcripſerunt.

CAP. XV.

Quinta pars fauorum.] Videtur legendum: *decima pars fauorum*. nam ſic habet Varro lib. 3. c. 16. & Auctor Gaeoponicorum lib. 15. c. 5. in quo eſt: δεῖ γὰρ τὴν δεκάτην μοῖραν αὐταῖς ἀπολείπειν, ἔαρός τε καὶ θέρους. χειμῶνος δὲ τὸ τρίτον μόριον λαβόντα, τὰ δύο μέρη καταλιπεῖν αὐταῖς. οὕτω γὰρ οὔτε ἀθυμήσουσι, καὶ τροφὰς ἕξουσι. Plin. lib. 11. c. 14. *Ergo diligentiores ex hac vindemia, decimam partem apibus relinquunt &c.* Videtur autem apud Columellam legendum: *tertia demenda*, pro eo quod eſt in libris vulgatis, *tertia relinquenda*. nam ſic eſt apud Varronem, & apud auctorem Gaeoponicorum in eo loco, qui ſupra adductus eſt.

CAP. XVI.

In vas aeneum conijcitur.] Videtur legendum: *conijciuntur.*

NOTAE AD LIB. X.

POſteris poſt ſe memorandas relinquere.] Ita videtur legendum. & paulò poſt videtur addenda dictio, *adeo*: vt ſit: *Adeo propriam ſibi laudem non vendicat &c.*

Quae gramine laeto. Videtur legendum: *Quae gramina laeta parturit &c.*

Nec manibus mitis ferulas.] Videtur legendum: *Nec manibus mites ferulas, nec cruribus aequa &c.*

Tu quae pallet humi &c.] Ita videntur hi verſus legendi: *Tum quae pallet humi, quae frondent purpura & auro, Ponantur violae &c.* deinde in v. c. eſt: *Et quae ſcila legit Gaetulis &c.*

Deiectura quidem fronti data ſigna fucarum.] Videtur legendum, *rugarum.*

Cupient ſe nubere.] v. c. *Cupiet denubere*, vel, *ſe nubere.*

Iamq. ſalutari propter lactuca ſapore.] Videtur legendum, *ſopore.*

Triſtia quae releuat longi &c.] Videtur legendũ, *releuet.*

Cypros iam Paphio.] Videtur legendum, *Paphie.*

Bacchatur Veneri, ſtimulisq́; Cupidinis actus.] Videtur legendum, *Veneris.*

Extimulet vatem per Dindyma caſtra Cybelles.] Videtur legendum, *caſta.*

Indomito malè ſana cibo, quas educat aluos.] Videtur

tur legendum, *aluus*.

Tempus haris ſatio.] Videtur legendum, *aris*.

Achradas, indomitasq́; brionias alligat alnos.] Ita videtur legendum.

Plena mero, laetisq́; virent conuiuia pratis.] Videtur legendum, *vigent*.

Tellurisq́; comas ſacris optate caniſtris.] Videtur legendum, *aptate*.

Sic micat, aut rutilus pyrous.] Videtur legendum, *Pyrois*.

Liuia, chalcidicis, & caunias aemula pijs.] Ita videtur legendum.

NOTAE AD LIB. XI.

CAP. I.

I*Nſtigatus excudit mihi*.] Videndum an legi debeat, *extudit*. deinde legendum: *Quae quamuis priore rei ruſticae libro videbar aliquatenus executus, quoniam tamen ea ſimili deſiderio noſter idem Auguſtalis &c.*

Si quidem nihil rectè ſine exemplo docetur.] Ita videtur legendum. & paulò poſt: *& eius quidem temporis ſunt*.

Malo, inquit, vnius agilem atque nauam induſtriam, quàm decem hominum negligentem, & tardam operam.] Ita hunc locum ſuppleuimus, cum in vulgatis codicibus deſit verbum, *nauam*, ſine quo ſententia non conſtat.

Quippe plurimùm affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat.] Ita legitur in vulgatis codicibus & manuſcriptis. Videtur tamẽ legendũ,

meridiandi, non, *meretricandi*.

Quae ſunt ergaſtuli.] Videtur legendum: *Ergaſtulis*.

CAP. II.

Et ne diſcedamus ab optimo vate, qui ait, ille vere nouo &c.] Verba, *qui ait, ille*, videntur adiecta ab expoſitore.

Aluos caſtrare.] Videtur legendum: *Alueos caſtrare*. & paulò poſt legendum, *ſeſama*, non *ſeſamia*. nam infra dicit: *hoc menſe ſeſama ſeruntur*.

Propter intemperantiam ſolis.] Videtur legendum: *ſoli*. & paulò poſt: *humorq́, ipſe non patiatur*. & deinde ſcribendum: *quibus condire vina conſueuerit*.

Arboresq́, quae intereunt.] Videtur legendum: *intererunt*. & paulò poſt: *Siue palmae, ſparti ue fecunda eſt*.

Vel paleas ex aruo. Videtur legendum: *ex eruo*.

CAP. III.

Quae ſuis quibusq́, temporibus anni &c.] Videtur legendum: *Quae ſuis quaeq. temporibus anni etc.* deinde: *Qui hortis extruant munimenta, quòd neque latere fabricata maceries perennare poſſit, pluuijs ac tempeſtatibus plerunq. infeſtata; neque lapidis, ſupra rei dignitatem poſcat impenſam*. infra hoc ipſo capite ſic ait: *niſi munimento aliquo prohibiti ſint*.

Verum etiam diuturnior immenſis temporibus permaneret.] Videtur legendum: *infenſis*, non, *immenſis*. & paulò poſt, vbi legitur, *horum autem ruborum*, vox, *ruborum*, videtur abundare.

Si depreſſius paſtinetur ſolum.] Ita videtur legendum.

dum. & paulò poſt: *cepe, inula, vlpicum, ſinapis:* nam *capitula*, pro, *inula*, mendoſè ſcriptum eſt.

Cuius depreſſae plantae.] Videtur legendum: *Cuius depreſſa planta.* & deinde: *quam rariſſima ponenda ſunt.*

Plenioris craſſitudinis fiat radix. Vox, *radix*, videtur abundare. paulò poſt legendum ſub finē capitis: *Sed Democritus in eo libro, qui Graecè inſcribitur, περὶ ἀντιπαθειῶν.*

NOTAE AD LIB. XII.

PRAEFAT.

NEceſſarium fuit alterum foris, & ſub dio eſſe.) Ita videtur legendum. & deinde: *Tum etiā quòd ſimplex natura non omnes res cōmodas amplecti valebat.* & paulò poſt: *& inertia diffluāt, ne lanificij quidem curam ſuſcipere dignentur, ſed domi ſedentes &c.* fortaſſe autem verbum, *ſedentes*, abundat: vel ad vocem, *inertia*, referendū.

CAP. I.

Et vt cura eam ſubeat meminiſſe.] Ita videtur legendum. nam illud, *quid*, omnino abundat.

CAP. III.

Quod annum.) Videtur legendum: *quod annuum.* nam praeceſsit, *quod menſtruum.*

Haec primo tradidimus.) Ita vr̄ legendū, nō, *primò.* deinde: *haec nobis antiqui &c.* & paulò poſt: *Quo facilius iuſta lanificij perſequi.* & deinde: *& alijs in honore ſeruili veſtis domi confecta fuerit &c.*

Promis quoque & cellarijs aliquid attendentibus, aut metuentibus.) Videndum an potius legi debeat

beat: *Promis quoq. & cellarijs aliquid aut vendentibus, aut mutuantibus etc.*

C. IV.

Nec minus cellarij diligentias.] Ita videtur legendum, nam cap. 44. habet ita: *Quae C. Matius diligentiſſimè perſecutus eſt.*

C. VII.

Rutam oleris atri.]Videtur legēdum: *Rutam, olus ātrum.* & paulò poſt, *item ferulas.*

Reponuntur deinde; ſi tantum remiſerint humoris &c.] Ita diſtinguendum ex locis inferioribus cap. 41. & cap. 55. deinde ſcribendum, *coliculorum.*

CAP. XI.

Itaque ſepoſita ea, & ad conditura deſtinata, per ſe facienda erit optimo melle aqua mulſa.] Ita videntur haec continuanda, & ſcribendum, *ea* non, eſſe.

CAP. XII.

Sextario aquae.] Ita videtur legendum. & paulò poſt: *Si dulciorem mulſam facere volunt.* & deinde: *Sive auſteriorem, ſextario aquae dodrantē mellis permiſcent.*

CAP. XVI.

Et exiguum pati, dum decolerentur.] Videndum an ita legi debeat, non, *decolorentur:*

CAP. XVIII.

Et ita torcularia, & fora.] Ita videntur legendum. nam li. 11. c. 2. dixit: *Torcularia verò & fora diligenter emundata, lotaq; &c.* & paulò poſt ſcribendum: *ſeſquiculleariبus.*

CAP. XIX.

Ante quàm praelo pes eximatur.] Videtur legendum:

-dum, *exprimatur*: nam ita eſt infra cap. 21. *Priusquam vinacea torculis exprimātur*. & cap. 27. *Ante quàm praelo preſſum ſit, quod in lacum muſti fluxerit*. deinde legendum: *ſtatim de lacu in vaſa deſrutaria &c.* nam, *ſatis*, ibi pro, *ſtatim*, mendosè legitur. & paulò poſt, *cremia*, ſcribendum.

CAP. XXI.

Quod cum defrixit.) Videtur legendum: *refrixit*.

CAP. XXIV.

Et cum ſiderit.) Videtur legendum: *Et cum conſiderit*. & paulò poſt: *& manu tanquam maſſam ſubigere*. nam *mulſum*, pro, *maſſam*, erratum eſt manifeſtum.

CAP. XVIII.

Tum in ſerias ſingulas, quae ſint amphorarum ſeptenum addito medicaminis pondo vnciam, & ſcrupula octo. gypſi cum ex locis paluſtribus muſtum erit, in ſingulas &c. Ita interpūgendus hic locus.

CAP. XXX.

Et pondo quadrantem amphoris ſingulis infriato.) Ita videtur legendum.

CAP. XXXIII.

Alij hoc ipſum ſcyllae pondus &c.) Videtur verbum, *alij*, abundare; & ſequens caput incipiēdum à verbis: *Hoc ipſum ſcyllae pondus etc.*

CAP. XXXIV.

Decembambatae in tres amphoras muſti mitis &c.) Videtur legendum: *De embammate in tres amphoras muſti mittis &c.* nam ſequitur, *decoquis*. infra cap. 55. *Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo &c.* deinde legendum: *quae fert amphoras quattuor.* Sub finē capitis fortaſſe ſcri-

ſcribendum: *Sed muſtum de bumaſto, & paſſum ex ea fit.* nam certè vt nunc legitur, locus eſt mendoſus.

CAP. XXXVIII.

Vinum myrtiten.] Videtur legendum: *Vinum myrtites.* & paulò poſt. *& ſcopulis aridae myrti ſeria ſuffricatur.* ita enim legendum, non, *ſuffriatur.* deinde ſcribendum: *& in amphoras bene picatas, & bene ſolidas diffunditur.* infra cap. 51. *Vas oleariũm quàm maximum, & aut nouum, aut certè bene ſolidum praeparari oportet:* ſic habet & Cato.

CAP. XXXIX.

Et ſine ſcipionibus in dolium conijcito.] Legendum, *ſcopionibus*, tum hic, tum infra cap. 43.

CAP. XLII.

Atque in furnum reponere.] Videtur legendum: *Atque in fumum reponere.* ſic cap. 12. *tum demũ in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt.* deinde legendum: *In cacabo figulino, vel in ſtagneo coquitur muſti arbuſtiui aminei vrna.*

CAP. XLIII.

Separatis ſcipionibus.] Legendum, vt diximus ſupra, *ſcopionibus.*

CAP. XLIV.

Pediculos punicorum, ſicuti ſunt, in arbore torquent.] Ita videtur legendum. & paulò poſt: *deinde ſparteis retibus*, pro eo quod vulgo legitur, *reſtibus.*

CAP. XLV.

Mala orbiculata, Seſtiana.] Videtur legendum: *Ceſtiana*, non, *Seſtiana.* nam ita habet Plin. lib. 15. cap. 14. Sed Columella lib. 5. cap. 9. *Sextiana.*

item

item appellauit. & paulò poſt legendum: *eaeq. in tabulato, frigidiſſimo & ſicciſſimo loco, quo neque fumus neque teter perueniat odor, collocari; tum deinde ſubſtrata dicta poma &c.* ſub fine capitis ſcribendum: *non matura, ſed nec acerbiſſima legi debent.*

CAP. XLVI.

Donec quamminimum amaritudinis reſipiant.] Ita legendum. Hoc autem verbo vſi ſunt translatè M. Varro apud Agellium, cum dixit, quaſdam comedias non reſipere ſtilum Plautinum; & Cicero in Academicis, cum dixit, Epicurum, minimè in quadam re reſipere patriam, eò quod Athenienſes eſſent, longè, quàm ipſe acutiores.

CAP. XLVII.

Sicq. triginta dies pati confudaſcere.] Videtur legendum: *confudeſcere.* ſupra cap. 7. dixit: *dum confudent.* deinde legendum: *Aliqui duas partes, & vnam aceti, coq. condiunt iure.*

CAP. L.

Fiſcis autem non iiſdem probum etc.] Ita videtur legendum, non, *improbum.*

CAP. LI.

Tum etiam iridis graecè.] Supra cap. 20. dixit, *iris Illyrica.* Huic autem capiti ſubnectenda videntur verba: *Oleum autem ſecundarium non in ſuauis odoris; quotidianam vnctionem praebere poterit dolore neruorum laborantibus.* deinde ſequens caput incipiendum, ab illis: *Ante quàm &c.*

CAP. LII.

Protinus capulator amurca ſeparet.] Ita videtur legen-

gen-

gendum, non, *ſeparare*.

CAP. LIII.

Nec deſieris eouſq. quotidie ſalſuram fricare.) Ita legendum, non, *eius*.

CAP. LV.

Deinde ſtatim mortarium erigito.) Videndum an legi debeat, *emergito*, vel, *euerrito*. & paulò poſt legendum: *cum eximanieris ſinapi*.

NOTAE AD LIBRVM DE ARBORIBVS.

CAP. I.

Alterum cura mortalium procedit.) Quidam legunt *prodit*, non, *procedit*: quod non placet: nam ſequitur: *Nam ex ſurculo vel arbor procedit*.

Idque multum refert loci natura.) Videtur legendum: *Ad quod multum refert &c.* & paulò poſt legendum: *nam ex exili cum in aquoſum agrum transfertur &c.*

CAP. III.

Locis aridis, & macris, & ſiccis.) Pro *ſiccis*, vt vulgò legitur, videndum an legi debeat, *cliuis*: nam cap. 4. ſic ait: *Cur autem eſt, vt locis aridis, & cliuoſis altius vites deponantur &c.*

At quae vetere ſarmento panguntur.) Videtur legendum: *At quae ſine vetere ſarmento &c.* & paulò poſt: *& à decima luna ad vigeſimam*.

CAP. IX.

Cum inter ſe virgae cohaeſerint, poſt biennium aut trien-

triennium facta iam vnitate diſſolues tubulum.) Ita hic locus interpungendus.

CAP. XI.

Et putatio ſequentis anni expeditius.) Videtur omnino legendum, *expeditior*.

CAP. XIV.

Vel bitumen cum oleo coquito: eo quoque imas vites tangito, formicae non excedent.) Videtur legendum: *non exedent*.

CAP. XVI.

In eo fructus maximè vis conſiſtit.) Ita videtur legendum, non, *ea*. nam refertur ad verbum, *arbuſtiuam vitem*.

CAP. XVIII.

Nam ſi prius cacumina manu perfracta.) Supra lib. 5. cap. 9. dixit: *Quoniam ſaepius cacumina hominis manu tractata*. vt fortaſſe hic, *pertractata*, legendum ſit.

CAP. XIX.

Quo latiores, potentioresq́; ſcrobes feceris.) Omnino legendum, *patentiores*, non, *potentiores*. & paulò poſt ſcribendum: *Arbores raris interuallis ſerito*. nam *paribus*, pro, *raris*, mendum eſt librarij. vide li. 5. c. 9.

Niſi eas interraſeris.) Videtur legendum: *niſi eas interuulſeris*. ſic ſupra lib. 5. c. 9. Sub finē capitis legendum: *minimumq́; tricenos relinqui*. nam vox, *verſuris*, otioſa eſt.

CAP.

CAP. XX.

Semina, lege ne minus craſſa, quàm manubrium eſt bidentis.] Ita diſtinguendum ex loco ſimili cap. 9. lib. 5.

Obſeruabis autem ab humeris.] Videtur legendum: *obſeruabis autem ab ijs ramis.* & paulò poſt: *vt eadem decerpas.*

CAP. XXII.

Vel circa Kal. Febr. quae pruinam neſcit.] Ex loco ſimili ſupra libro 5. cap. 9. legendum: *Vel circa Kal. Febr. quae prima gemmaſcit*, vel *gemmas agit.*

CAP. XXIII.

Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos &c.] Videtur legendum: *& primis quinque annis &c.* nam ita habetur libro 5. cap. 9.

CAP. XXIV.

Et in fiſſuram cuneum pineum tedae adijcito. Videndum an rectius ſit, *cuneum pineae tedae adigito*, vel *adicito.*

CAP. XXVI.

Vnum, quo reſecta, & fiſſa arbor recipit inſertos ſurculos. alterum, quo reſecta inter librum & materiem admittit ſemina.] Ita legendus hic locus.

Cum exiguo cortice in partem ſui deliberatã.] Omnino legendum, *delibratam.* nam ſic habetur infra bis hoc ipſo capite. *delibratoq. diligen-*

ter

ter &c. & materiem delibrato &c.

Craſſitudine minimi digiti ſurculi ſint biſulci.] Videtur legendum, *bifurci*, vel *trifurci*. Palladius in Febr. tit. 17. *Craſſitudine digiti minoris, bifurci, vel trifurci*. Sub finem capitis legendum: *aut ne cui magis, quàm inſito ſeruiat*.

CAP. XXVII.

Et dum demum quarto anno.] Legendum: *Et tum demum quarto &c.*

CAP. XXVIII.

Quod gallinis, ouibus, capris, bubus quoque, & omni &c.] Ita legẽdus hic locus. paulò poſt ſcribendum: *quòd ex eo cito pingueſcit, & lactis plurimum praebet ouis*. nam ſic eſt in cap. 11. lib. 5. in quo haec verba repetuntur.

FINIS.

KALENDARIVM
IN BIBLIOTHECA

	
MENSIS	MENSIS
IANVAR	FEBRVAR
DIES.XXXI	DIES.XXVIII
NON.QVINT	NON.QVINT
DIES.HOR.VIIIIS =–	DIES.HOR.XS =–
NOX.HOR.XIIII =–	NOX.HOR.XIII =–
SOL	SOL.AQVARIO
CAPRICORNO	TVTEL.NEPTVNI
TVTELA	SEGETES
IVNONIS	SARIVNTVR
PALVS	VINEARVM
AQVITVR	SVPERFIC.COLIT
SALIX	HARVNDINES.
HARVNDO	INCENDVNT
CAEDITVR	PARENTALIA
SACRIFICANT	LVPERCALIA
DIS	CARA.COGNATO
PENATIBVS	TERMINALIA



MENSIS
MARTIVS
DIES . XXXI
NON . SEPTIMAN
DIES . HOR . XII
NOX . HOR . XII
AEQVINOCTIVM
VIII . KAL . APR
SOL . PISCIBVS
TVTEL . MINERVAE
VINEAE . PEDAMIN
IN . PASTINO
PVTANTVR
TRIMESTR . SERITVR
ISIDIS . NAVIGIVM
SACR . MAMVRIO
LIBERAL . QVINQVA
TRIA . LAVATIO



MENSIS
APRILIS
DIES . XXX
NONAE
QVINTAN
DIES
HOR . XIIIS
NOX
HOR . XS
SOL . ARIETE
TVTELA
VENERIS . OVES
LVSTRANTVR
SACRVM
PHARIAE
ITEM
SARAPIA

KALENDARIVM
IN BIBLIOTHECA



MENSIS
MAIVS
DIES. XXXI
NON. SEPTIM
DIES. HOR. XIIIIS
NOX. HOR. VIIIIS
SOL. TAVRO
TVTEL. APOLLIN
SEGET. RVNCANT
OVES. TVNDVNT
LANA. LAVATVR
IVVENCI. DOMANT
VICEA. PABVLAR
SECATVR
SEGETES
LVSTRANTVR
SACRVM. MERCVR
ET. FLORAE



MENSIS
IVNIVS
DIES. XXX
NON. QVINT
DIES. HOR. XV
NOX. HOR. VIIII
SOLIS. INSTITIVM
VIII. KAL. IVL
SOL. GEMINIS
TVTELA
MERCVRI
FAENISICIVM
VINIAE
OCCANTVR
SACRVM
HERCVLI
SACRVM
FORTIS
FORTVNAE

RVSTICVM
FARNESIANA



MENSIS
IVLIVS
DIES.XXXI
NONAE
SEPTIMAN
DIES
HORARVM
XIIII ⸗
NOX.HOR
VIIIIS ⸗
SOL.CANCR
TVTELA
IOVIS
MESSES
HORDIAR
ET.FABAR
APOLLINAR
NEPTVNAL



MENSIS
AVGVST
DIES.XXXI
NON. QVINT
DIES.HOR.XIII
NOX.HOR.XI
SOL.LEONE
TVTEL.CERER
PALVS.PARAT
MESSES
FRVMENTAR
ITEM
TRITICAR
STVPVLAE
INCENDVNT
SACRVM.SPEI
SALVTI. DEANAE
VOLCANALIA

KALENDARIVM
IN BIBLIOTHECA



MENSIS
SEPTEMBER
DIES . XXX
NON . QVINT
DIES . HOR . XII
NOX . HOR . XII
AEQVINOCT
VIII . KAL . OCT.
SOL . VIRGINE
TVTELA
VOLCANI
DOLEA
PICANTVR
POMA . LEGVNT
ARBORVM
OBLAQVIATIO
EPVLVM
MINERVAE



MENSIS
OCTOBER
DIES . XXXI
NONAE
SEPTIMAN
DIES
HOR . XS =-
NOX
HOR . XIIIS
SOL
LIBRA
TVTELA
MARTIS
VINDEMIAE
SACRVM
LIBERO

RVSTICVM
FARNESIANA

	
MENSIS	MENSIS
NOVEMBER	DECEMBER
DIES.XXX	DIES.XXXI
NON.QVINT	NON.QVINT
DIES.HOR.VIIIIS	DIES.HOR.VIIII
NOX.HOR.XIIIIS	NOX.HOR.XV
SOL	SOL.SAGITT
SCORPIONE	TVTEL.VESTAE
TVTELA	HIEMPS.INITIV
DEANAE	SIVE.TROPAE
SEMENTES.TRITICAR	CHIMERIN
ET.HORDIAR	VINEAS.STERC
SCROBATIO	FABA.SERENTES
ARBORVM	MATERIAS
IOVIS	DEICIENTES
EPVLVM	OLIVA.LEGENT
HEVRESIS	ITEM.VENANT
	SATVRNALIA

NOTAE AD KALEND. RVSTICVM FARNESIANVM

MENSIS IANVARIVS.

MENSIS IANVAR.] in Kalendario Vallenſi, MES. IANVAR. & ſic deinceps exaratũ eſt, ea ſcribendi ratione, qua *Horteſius* antiqui dicebant, pro *Hortenſius*, Graecos imitati, qui ὁρτήσιος, & multa huiuſmodi ſine N. litera ſcribebãt. Velius Lõgus: *Sicut Cicero qui foreſia, & Megaleſia, & Horteſia ſine, n, litera libenter dicebat.*

NON. QVINCT.] Nonae Quinctanae dicebantur, quòd quincto menſis die eſſent: Septimanae verò, quòd ſeptimo. Videndus Macrobius lib. I. Saturn. M. Varro: *Primi dies menſiũ nominati Kalendae ab eo quòd his diebus Kalentur eius menſis nonae à Põtificibus, Quintanae ne an Septimanae futurae in Capitolio*, in curia *Calabra*, *ſic: dies te quinque Kalo Iuno nouella, Septem dies te Kalo Iuno nouella.* Sic: enim ex v. c. legẽdũ, & *couella*, non, *nouella*, hoc eſt, *caeleſtis*, à *cauo*, *ideſt*, *caelo.*

PALVS AQVITVR.] Colum. lib. II. cap. 2. *Palos vna opera caedere, & exputatos acuere centum numero poteſt.* & infra: *Siue enim vineas poſſidemus, pali, & ridicae poſſunt dolari, exacuiq́, &c.* AQVITVR autem poſitum eſt pro, ACVITVR ἀρχαϊκῶς. ACVAM tamen Antiqui dicebãt, non, AQVAM, ne viderentur nomen, & ipſum triſyllabũ ſignificare, vt ait Velius Longus. Item QVI, vel, QVOI, (o, littera inſerta, quò pinguior

eſſet

eſſet enunciatio,) pro CVI: COQVVS pro COCVS: QVOTIDIE pro COTIDIE: Itẽ pro DELICVERIT apud Plautum in Caſina in vv. cc. eſt DELIQVERIT, & ita Nonius legit.

SALIX HARVNDO CEDITVR.] Cato tit. 7. *Salicẽ Graecam circum arundinetum ſerito, vti ſiet, qui vineam alliges*. Varro lib. 1. c. 30. *Salicem caedi, prata defendi*. Colum. lib. 11. c. 2. *Arundineta nunc ponere, vel etiam priſtina colere. Salicta facere, vel deputare, runcare, ac fodere*. & infra: *Poſſit etiã ſalix deciſa pridie ad lucubrationẽ expurgari*. & in lib. de arboribus: *Placet autem omnibus annis ſimul ac arundinem caecideris &c.* Colum. lib. 4. c. 32. de arundine. *Caeditur*, inquit, *deinde poſt brumam. nam vſque ad id tempus incrementum capit*.

SACRIFICANT DIS PENATIBVS.] In kalendario Vallenſi eſt, SACRIFIC. DIIS PENATIBVS.

MENSIS FEBRVARIVS.

SEGETES SARIVNTVR.] Colum. lib. 11. cap. 2. *Eodẽq; mẽſe ante Kal. Febr. ſarriendae ſegetes autumnales &c.* Palladius in menſe Ian. tit. 9. *Sed triticum, & far ſarritur quattuor foliorum, ordeum quinque &c.* SARIVNTVR vnico R, quòd antiqui mutas & ſemiuocales non geminabant.

VINEARVM SVPERFIC. COLIT.] in Kalendario Vallenſi eſt; VINEARVM. SVPERFICIVM. COLITVR. Colum. lib. 11. c. 2. *Item vinearum foſſio hiſdem locis peragenda &c.* Palladius in menſe Febr. tit. 20. *Nunc locis maritimis & calidis fodiendae ſunt vites. vel (ſi haec prouinciae conſuetudo eſt) exarandae, & in eiſdem locis palandae*,

aut

aut ligandae ſunt vineae prius, quàm gemma procedat &c.

HARVNDINES INCENDVNT.] In kal. Vallẽſi eſt: HARVNDO INCENDIT, pro, INCENDVNTVR, & INCENDITVR. Colu.lib.4.c.32. *Sed & macies eius, cinere vel alio ſtercore iuuanda eſt, propter quod caeſum pleriq. incendunt arundinetum.*

PARENTALIA LVPERCALIA CARA COGNATO.] In Kal. Vallenſi. LVPERCALIA PARENTALIA CARA COGNAT. Haec in Faſtis, *Chariſtia* dicuntur, de quibus ita Ouidius cecinit in libris Faſtorum.

Proxima cognati dixere Chariſtia patres,
Et venit ad ſocios turba propinqua deos.

Val. Max.lib.2. *Conuiuium ſolemne maiores noſtri inſtituerunt, idq́, Chariſtia appellauerunt. Praeter cognatos & affines nemo interponebatur &c.*

MENSIS MARTIVS.

VINEAE. PEDAM. IN. PASTINO. PVTANTVR.] In Kal. Vallenſi. VINEAE ET PEDAMINA &c. Varro lib.1.c.8. de re ruſt. *Quibus ſtat recta vinea, pedamenta dicuntur.* Colu.li.4.c.26. *Tamen in his haec, eorumq́, ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſq́, eorum putres dedolandae &c.* Idem cap.15. *Nam plurimum intereſt, adhuc noua conſitione pedamen omne veſtiri.* & lib.11.c.2. *Igitur à Kalẽdis Martij eximia eſt vitium putatio vſque in decimum Kalẽdarum Aprilium, ſi tamen ſe gemmae nondum moueant.* Pallad. in menſe Martio tit.1. *Martio mẽſe locis frigidis putatio vinearum celebratur &c.*

TRIMESTR. SERITVR.] Colu.li.2.c.9. *Atque adhuc de ſatione autumnali loquimur, hanc enim potiſſi-*

tiſſimã ducimus. Sed & eſt alterã, cum cogit neceſſitas, trimeſtrem vocant agricolae. Pallad.li.3. tit.2. de ſatione trimeſtri. *Hoc menſe,* inquit, *ſerendum omne trimeſtriũ genus.* Cato tit.25. *Trimeſtrem quo in loco ſementim maturã facere non poteris, & qui locus reſtibilis craſſitudine fieri poterit, ſeri oportet.* Pallad.li.1.tit.6. *Trimeſtris ſatio locis frigidis et niuoſis cõuenit, vbi qualitas aeſtatis humecta eſt, ceteris raro reſpõdet euẽtu etc.*

ISIDIS NAVIGIVM.] In Kalendario etiã Vallenſi eſt, ISIDIS NAVIGIVM. De Iſidis nauigio meminit Lactantius Firmianus lib.1. c.27. *Certus dies,* inquit, *habetur in Faſtis, quo Iſidis nauigium celebratur: quae res docet, non tranaſſe illam, ſed nauigaſſe.* & Apuleius lib. 11. de Aſino aureo hunc diem videtur deſignare, cum inquit: *Diẽ, qui dies ex hac nocte naſcetur, aeterna mihi nuncupauit religio, quo ſedatis hibernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam, primitias commeatus libant mei ſacerdotes.*

SACRVM MAMVRIO.] In kal. Vallẽſi habetur itidẽ SACRVM MAMVRIO. Putamus autem deſignari diẽ eum, quo ancilia mouebantur: tunc enim in fine ſacri, Mamurij nomen Salij canebãt, qui Numa regnante ancilia confecerat. Feſtus. *Rumentum in Auguralibus ſignificare videtur interruptio, abruptione. Dum verba ancilibus mouẽdis praeit, ſi interim auis canerit, tum aeq. atq. auſpicio, augurio rumentum eſtod.* Ancilia cũ feruntur à Salijs, relligio eſt antequàm cõdantur aliquid agere, & etiam proficiſci; & eo tẽpore vxor Flaminis Dialis non pectebat crines. Corn. Tacit.

Fuere

Fuere qui proficiſcenti Othoni moras relligionemq́, nondum conditorum ancilium adferrent.

LAVATIO.] Hoc verbum in kal. Vallenſi literis vetuſtate corroſis non legitur, nec in ijs quidem ſchedis, quae centum ab hinc annis extant apud me ſcriptae manu Pōponij Laeti. exiſtimamus autem deſignari diem in Faſtis VI. kal. Apr. quo die Mater Deùm lauabatur in flumine Almone. Auguſtinus lib. 2. c. 4. de ciuitate Dei: *Caeleſti virgini, & Berecynthiae Deorū matri omnium, ante cuius lecticam die ſollenni* LAVATIONIS *eius talia per publicum cantitabantur à nequiſſimis ſcenicis*. Vibius ſequeſter in libro de Fluminibus: *Almon Romae*, inquit, *vbi mater Deùm VI. Kal. April. lauatur.* Ammianus. li. 23. *Vbi diem VI. Kal. quo Romae matri Deùm &c. & carpentum quo vehitur ſimulacrum, Almonis vndis ablui perhibetur.* Videndus Arnobius li. 7.

Lucanus lib. I.

Tunc qui fata Deùm, ſecretaq́, carmina ſeruant,
Et lotam paruo reuocant Almone Cybellem.

Martialis lib. 5.

Phrygiumq́, Matris Almo qua lauat ferrum.

Statius lib. I. Silu.

Eſt locus ante vrbem, qua primum naſcitur ingens
Appia, quaque Italo gemitus Almone Cybelle
Ponit &c. Silius Italic. li. 8.

——quique oſtia Tuſci
Amnis amant, tepidoq́, fouent Almone Cybellem.

Claudianus.

Praelatoq́, lauas Phrygios Almone leones.

Ouidius in Faſt.

Eſt locus in Tiberim quo lubricus influit Almo,

Et

Et magno nomen perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis dominam ſacraq́ lauit aquis.

MENSIS APRILIS.

OVES LVSTRANTVR.] Ouid. Faſt. lib. 4.
Paſtor oues ſaturas ad prima crepuſcula luſtret,
Vnda prius ſpargat. Iuuenalis Satyr. 6.
—ne ſi centū luſtrauerit oues. Tibull. li. 1. eleg. 1.
Tunc vitula innumeros luſtrabat caeſa iuuencos
Nunc agna exigui eſt hoſtia parua ſoli.
Agna cadat nobis, quam circum ruſtica pubes
Clamet io meſſes, & bona vina date.
& tunc fortaſſe, oues ſignabant. vt ex Columella conijci poteſt in lib. 11. c. 2.

SACRVM PHARIAE ITEM SARAPIA.] Spartianus: *Caracalla ſacra Iſidis Romā deportauit, & templa vbique ei deae fecit.* Suet. in Othon. c. 12. *Sacra etiam Iſidis ſaepe in lintea religioſaq́ veſte propalam celebraſſe.* Lampridius: *Commodus ſacra Iſidis coluit, vt & caput raderet, & Anubim portaret.* Val. Max. lib. 7. c. 3. *Iſiaci habitu per itinera, viasq́ publicas ſtipem petens.* Plin. lib. 27. c. 7. *Abſinthium &c. huius ramū Iſiaci praeferre ſolenne habēt.* Lactant. lib. 1. c. 21. *Iſidis Aegyptiae ſacra ſunt etc.* Tibull. li. 1. eleg. 3.
Vt mea votiuas perſoluens Delia voces,
Ante ſacras, lino tecta, fores ſedeat. Lāpridi⁹.
Iſiacos verò Cōmodus vſque ad perniciem pectus tundere cogebat. Eutropius lib. 8. *Domitianus Iſium & Serapium fecit.* Lāpridius: *Alexander Iſium & Serapium decenter ornauit.* Sed de ſacris Iſidis & Serapidis, ſiue, Sarapidis (vtroque enim modo ſcribebant) videndus Apul. lib. 11.

MENSIS MAIVS.

SEGETES RVNCANT.] In Kal. Vallenſi. SEGETES RVNCANTVR. Varro lib.1.c.30. de re ruſtica. *Segetes runcari, terram proſcindi. Runcari* autem quid ſit, Varronis expoſitor declarauit, qui ad id verbum hanc notam poſuit, quae deinde à librarijs in textum eſt recepta: *Runcari herbam ex ſegetibus expurgari.* Colu.lib.11.c.2. *Seminaria, quae ſunt antefacta, runcari, & adhuc commodè fodiri poſſunt.*

OVES TVNDVNT LANA LAVATVR.] Ita ſcribebant antiqui pro TONDENT, quod poſitum eſt pro, TONDENTVR. Eodem etiā modo dicebant FRVNDEM, pro, FRONDEM, & FRVNTEM, pro, FRONTEM, Colum.lib.11.c.2. *Oues Tarentinae radice lanaria lauari debent, vt tonſurae praeparentur.* Palladius in menſe Maio, tit. 8. *Locis temperatis nunc ouium celebranda tonſura eſt.*

IVVENCI DOMANT.] In kal. Vallenſi. IVVENCI DOMANTVR. Videndus Varro, apud quem ita ſcriptum eſt. li.1. c. 20. *Nouellos cum quis emerit iuuencos, ſi eorum colla in furcas deſtitutas incluſerit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt manſuefacti, & ad domandum proni. Tum ita ſubigendum, vt minutatim aſſuefaciant, & vt tironem cum veterano adiungant. imitando enim facilius domantur.*

VICEA PABVLAR. SECATVR.] Colu.lib.11.c.2. *Sed & viciam in pabulum ſecare oportet, prius quàm ſiliquae eius durentur &c.* Pallad. in menſe Ian. tit. 6. *Hoc menſe vltimo colligendi ſeminis cauſa non pabuli ſecandi vicia ſeritur.* VICEA verò pro VICIA dicebant antiqui, vt VINIA, pro

VI-

VINEA, & permutatis literis VEA, pro VIA. Varro lib. I. c. 2.

SEGETES LVSTRANTVR.] Virg. Bucol. Eclog. I.

— *& cum luſtrabimus agros.*

& Georg. lib. I.

Terq́; nouas circum felix eat hoſtia fruges.

Tibul. lib. 2. eleg. I.

Quiſquis adeſt valeat, fruges luſtramus & agros.

& Propert. lib. 4. eleg. I.

Parua ſaginati luſtrabant compita porci.

Cato tit. 141. *Agrũ luſtrare ſic oportet. imperãs ſuouetaurilia circumagi cum diuis volẽtibus &c.*

SACRVM MERCVR] Maius Mercurio dicatus. Plutarch. in Numa.

ET FLORAE] Floralia in Faſtis habentur VI. Kal. Iun. ſed haec aliaq́. huiuſmodi, quae in Kalendario Vrbano ſunt deſcripta, conſultò à nobis omittuntur.

MENSIS IVNIVS.

SOLIS INSTITIVM. VIII. KAL. IVL.] In Kal. Vallenſi. SOLSTITIVM &c. Colu. li. 2. c. 4. *Circa ſolſtitium quod eſt* A. D. IX. *vel* VIII. *Kal. Iulias.*

FAENISICIVM] In Kal. Vallenſi. FAENISIC. Colum. lib. 2. c. 18. *Altero tamen anno minora pecora poſt faeniſicia permittemus admitti.* Pallad. in Iunio tit. 3. *Colligemus viciam, faenum reſecabimus ad pabulum.*

VINIAE OCCANTVR] Colu. lib. 11. c. 2. *Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant ruſtici occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur, et reſoluitur in puluerem.* & li. de arborib. c. 5. *Poſt Idus Apr. terrã ad vitem aggerato, aeſtate deinde quàm potes ſaepiſſime occato.*

Iuge-

Iugerũ vineae quinque operis ablaqueat̃, quinque foditur, tribus occatur. Palladius in Maio. tit. 4. *Hoc menſe arbores, & vites, quae ablaqueatae fuerant, occare, hoc eſt operire iam conuenit.* VINIAE, pro, VINEAE, antiqua ſcribendi ratio eſt, qua, I, & E, inuicem mutantur. vnde in veteri inſcriptione eſt, LOCVM VINIAE PVBLICAE A PRIVATIS OCCVPATVM.

SACRVM FORTIS FORTVNAE.] Hoc habetur in Faſtis VIII. Kal. Iulias.

MENSIS IVLIVS.

MESSES HORDIAR. ET. FABAR.] In Kal. Vallẽſi, ET FABARIAE. Colu. li. 11. c. 2. *His diebus &c. ordeũ metere, fabam ſerotinã ducere, fabã maturã conterere, & paleam eius diligenter recondere, ordeum terere, paleasq́; omnes recondere &c.* Pallad. lib. 7. tit. 2. *Nunc primò ordei meſſis incipitur, quae conſummanda eſt ante quàm grana arefactis ſpicis lapſa decurrant, quia nullis ſicut triticum folliculis veſtiuntur.* & tit. 3. *Nunc & faba, luna minuente velletur. Ante lucem ſanè, & ante quàm luna procedat, excuſſa, & refrigerata ponatur.* HORDIAR. antiqua ſcriptura, pro, HORDEAR.

MENSIS AVGVSTVS.

PALVS PARAT.] In Kal. Vallenſi. PALVS PARATVR. Colum. lib. 11. c. 2. *Vel etiam palis conficiendis idoneum tempus eſt.*

MESSES FRVMENTAR. ITEM. TRITICAR.] Palladius lib. 8. tit. 1. *Nunc locis temperatis tritici meſſis expletur.* Varro lib. 1. c. 32. *Quarto interuallo inter ſolſtitium et caniculam pleriq. meſſem faciunt, quòd frumẽtum dicunt quindecim diebus*

eſſe

eſſe in vagina, quindecim florere, quindecim exareſcere, quòd ſit maturum. & cap. 50. *Meſſis proprio nomine dicitur in iis, quae metuntur, maximè in frumento, & ab eo eſt vocabulo declinata. Tria genera ſunt meſſionis &c.*

STVPVLAE INCENDVNT] In Kal. Vallenſi, STVPLAE INCENDVNT, quod poſitũ eſt pro, INCENDVNTVR. Pallad. in menſe Auguſto tit. 4. *Nunc vrenda ſunt paſcua, vt & altorum fruticũ feſtinatio reprimatur ad ſtirpes, & incenſis aridis noua laetius ſuccedant.*

MENSIS SEPTEMBER

DOLEA PICANTVR] DOLEA, pro, DOLIA poſitum eſt, ea ſcribendi ratione, de qua ſupra dictum eſt. Colum. lib. 11. c. 2. *Hoc igitur cum exploratum habuerit villicus, ſciat vindemiam ſibi eſſe faciendam. Sed ante quàm fructum cogere incipiat, cuncta praeparanda erunt ſuperiore, ſi fieri poterit, mẽſe. Sin minus, certè vt ante quindecim dies dolia partim picata, partim defricata, & diligenter lota marina, vel aqua ſalſa, & rectè ſiccata.* Palladius in Septembri, tit. 11. *In doliis picandis hic modus erit, vt dolium ducentorũ congiorum. XII. libris picetur.*

POMA LEGVNT] In kal. Vallenſi, LEGVNTVR. Colum. lib. 12. c. 44. *Omne autem pomum, quod in vetuſtatem reponitur, cum pediculis ſuis legendum eſt, ſed, ſi ſine arboris noxa fieri poſſit, etiam cum ramulis. nam ea res plurimum ad perennitatem confert.*

ARBORVM OBLAQVIATIO] In kal. Vallenſi, ARBORVM. OBLAQVEATIO. Colum. lib. 11. c. 2.

Tum etiã arbores ablaqueare, nec minus vineas eaſdemq́, putare. & in lib. de arborib. cap. 5. *Ab Idibus Octobris ablaqueare incipito, ante brumã ablaqueatam habeto.* Sed *ablaqueare* tum apud Catonem tum apud Varronem vbique ſcriptũ eſt, non, *oblaqueare.*

MENSIS OCTOBER

VINDEMIAE] Colum, lib. 11. c. 2. *His diebus locis maritimis, & calidis vindemia, & cetera, quae ſupraſcripta ſunt, commodè adminiſtrantur &c.* Vindemiae quae ſunt neceſſaria parari docet Cato tit. 23. & vindemia facta quae fieri debeant tit. 26. & tit. 68. Vindemiarum tempus deſcribit Varro lib. 1. cap. 27. Item vindemiam quomodo facere oporteat li. 1. c. 54. Pallad. in Septembri, tit. 11.

DEANAE] pro, DIANAE, ἀρχαϊκῶς. & ita in inſcriptione Colótiana: M. AVRELIVS. PACORVS M. COCCEIVS. STRATOCLES. AEDITVI. VENERIS. HORTORVM. SALLVSTIANORVM BASEM. CVM. PAIMENTO. MARMORATO DEANAE D D

MENSIS NOVEMBER.

SEMENTES TRITICAR. ET. HORDIAR.] Pallad. lib. 13. tit. 1. *Decembri menſe ſeruntur frumenta, triticum, far, ordeum, quamuis ordei ſatio iam ſera ſit, & faba circa ſeptimum idus fieri poteſt.*

SCROBATIO ARBORVM.] Cato tit. 7. *Scrobes inuertito oleis, vlmis, vitibus, ficis ſimul cum ſemine.* & tit. 28. *in ſcrobe cum pones, ſummam ter-*

ram ſubdito &c. Scrobium ratio, & quot operis fiant. Colum. lib. 11. cap. 2. & de ſcrobibus latius lib. 5. c. 5. & alibi. & Pallad. lib. 2. tit. 10. & tit. 5.

IOVIS EPVLVM] Iouis epulum Septemuiri Epulonum in Capitolio celebrabant. Val. Max. lib. 11. c. 1. *Feminae cum viris cubantibus ſedentes caenitabant: quae conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipſe in lectulū, Iuno & Minerua in ſellas ad caenam inuitabantur.*

HEVRESIS] Heureſis quid ſit, quaerendum. nam fortaſſe dies deſignatur is, quo Ceres Proſerpinā filiā à Plutone raptā, omnib. terris perquiſitam inuenit. Apuleius lib. 11. de Aſino aureo: *Siue tu Ceres alma frugum parens originalis quae repertu laetata filiae, vetuſtae glandis ferino remoto pabulo, miti commoſtrato cibo, nunc Eleuſinam glebam incolis &c.* Fabula ita nota eſt, vt nō egeat explicatione. *Repertu* autem Apuleius dixit pro *inuentione*, quod verbū reſpondet Graecō *εὕρεσις*.

MENSIS DECEMBER.

HIEMPS INITIVM] Videndum an ſit fabrile erratū, nam in kal. Vallenſi eſt: HIEMIS INIT.

SIVE TROPAE CHIMERINE] In kal. Vallenſi, TROPAEAE CHIMER. Sed haud ſcio quàm recte, nam Graecis τροπαὶ χειμεριναὶ dicuntur, quae Varroni & Columellae alijsq. Latinis ſcriptoribus *Bruma*.

VINEAE STERC.] In kal. Vallēſi, VINEAE STERCORANTVR. Cato tit. 33. Colum. lib. 2. c. 2. &

2

. . . . MINERVAE . VACCAM . . . .
. . . DIVO . AVGVSTO . BOVEM . . .
. . . IN . TEMPLO . CONCORDIAE . . .
. . . PALATIO . DIVO . AVGVSTO . . .
. . . . AD . ARAM PROVIDEN . . . .
. . . . CAM . IMMOLAV . . . . . .
. . . . INT . CN . DOM . . . . . .
. . . . . STATIL . . . .

3

. . . . FRATR . . . .
. . . ARIS . MATRIS . . .
. . . MANICI . BOVEM . . .
. . . ADFVERVNT . CN . DOMITI . . .
. . . VS . PERSICVS . C . CAECINA . LAR . .
AD . VI . K . NOVEMB
. . . OB . DETECTA . NEFARIA . CON . .
. . . VM . CN . LENTVLI . GAE . . . .
. . . . . OTHO . FLAM . . . . .
. . . . . FRATRVM . . . . . .

. . . .

. . . . VACCAM . SALVTI . PVBLIC . VACCAM . FELICI TATI . VACCAM . GENIO . IPSIVS . TAVRVM . . . IO . AD FVERVNT . A . VITELLIVS . M . APONIVS . SATVRNINVS L . SALVIVS . OTHO . TITIANVS . . . CIVS . CAMERINVS . C . VIPSTANVS . APRONIANVS . P . MEMMIVS . REGVLVS . C . PISO

NERONE . CLAVDIO . DIVI . CLAVDI . F . GERMANICI CAESARIS . N̄ . TI . CAESARIS . AVG . PRO . N . DIVI AVG . ABNEP .

CAESARE . AVG . GERMANICO . PONT . MAX . TRIB . POT . VII . IMP . III . COS . IV .

COSSO . LENTVLO . COSSI . FILIO . COS .

K . IANVAR

SVLPICIVS . CAMERINVS . MAGISTER . COLLEGI . FRATRVM . ARVALIVM . IMMOLAVIT . IN . CAPITOLIO . . . COS . NERONIS . CLAVDI . CAESARIS . AVG . GERMANICI . IOVI . B . MAREM . IVNONI . VACCAM . MINERVAE VACCAM . GENIO . IPSIVS . TAVRVM . . IN . COLLEGIO . ADFVERVNT . SVLPICIVS . CAMERINVS . MAGISTER . L . PISO . L . F . T . SEXTIVS . AFRICANVS . M . APONIVS . SATVRNINVS . L . SALVIVS . OTHO . TITIANVS P . MEMMIVS . REGVLVS . C . PISO

ISDEM . COS . III . NONAS . IANVAR

SVLPICIVS . CAMERINVS . MAGISTER . COLLEGI . FRATRVM . ARVALIVM . NOMINE . VOTA . NVNCVPAVIT PRO . SALVTE . NERONIS . CLAVDI . DIVI . CLAVDI . F . GERMANICI . CAESARIS . N̄ . TI . CAESARIS . AVG . PRO . N̄ . DIVI . AVG . AB . N̄ . CAESARIS . AVG . GERMANICI PONT . MAX . TRIB . POT . VII . IMP . VII . COS . IIII . ET OCTAVIAE . CONIVGIS . VICTIMIS . IMMOLATIS . IN . CAPITO

NOTAE AD KALEND. RVSTICVM FARNESIANVM

MENSIS IANVARIVS.

MENSIS IANVAR.] in Kalendario Vallenſi, MES. IANVAR. & ſic deinceps exaratū eſt, ea ſcribendi ratione, qua *Horteſius* antiqui dicebant, pro *Hortenſius*, Graecos imitati, qui ὁρτήσιος, & multa huiuſmodi ſine N. litera ſcribebāt. Velius Lōgus: *Sicut Cicero qui foreſia, & Megaleſia, & Horteſia ſine, n, litera libenter dicebat.*

NON. QVINCT.] Nonae Quinctanae dicebantur, quòd quincto menſis die eſſent: Septimanae verò, quòd ſeptimo. Vidēdus Macrobius lib. I. Saturn. M. Varro: *Primi dies menſiū nominati Kalendae ab eo quòd his diebus Kalentur eius menſis nonae à Pōtificibus, Quintanae ne an Septimanae futurae in Capitolio*, in curia *Calabra*, *ſic: dies te quinque Kalo Iuno nouella, Septem dies te Kalo Iuno nouella.* Sic enim ex v. c. legēdū, & *couella*, non, *nouella*, hoc eſt, *caeleſtis*, à *cauo*, *ideſt*, *caelo.*

PALVS AQVITVR.] Colum. lib. II. cap. 2. *Palos vna opera caedere, & exputatos acuere centum numero poteſt.* & infra: *Siue enim vineas poſſidemus, pali, & ridicae poſſunt dolari, exacuiq́, &c.* AQVITVR autem poſitum eſt pro, ACVITVR ἀρχαϊκῶς. ACVAM tamen Antiqui dicebāt, non, AQVAM, ne viderentur nomen, & ipſum triſyllabū ſignificare, vt ait Velius Longus. Item QVI, vel, QVOI, (o, littera inſerta, quò pinguior

eſſet

eſſet enunciatio,) pro CVI: COQVVS pro COCVS: QVOTIDIE pro COTIDIE: Itē pro DELICVERIT apud Plautum in Caſina in vv.cc. eſt DELIQVERIT, & ita Nonius legit.

SALIX HARVNDO CEDITVR.] Cato tit.7. *Salicē Graecam circum arundinetum ſerito, vti ſiet, qui vineam alliges*. Varro lib.1.c.30. *Salicem caedi, prata defendi*. Colum. lib. 11. c. 2. *Arundineta nunc ponere, vel etiam priſtina colere. Salicta facere, vel deputare, runcare, ac fodere*. & infra: *Poſſit etiā ſalix deciſa pridie ad lucubrationē expurgari*. & in lib. de arboribus: *Placet autem omnibus annis ſimul ac arundinem caecideris &c*. Colum. lib.4.c.32. de arundine. *Caeditur*, inquit, *deinde poſt brumam. nam vſque ad id tempus incrementum capit*.

SACRIFICANT DIS PENATIBVS.] In kalendario Vallenſi eſt, SACRIFIC. DIIS PENATIBVS.

MENSIS FEBRVARIVS.

SEGETES SARIVNTVR.] Colum. lib.11. cap. 2. *Eodēq; mēſe ante Kal. Febr. ſarriendae ſegetes autumnales &c*. Palladius in menſę Ian. tit.9. *Sed triticum, & far ſarritur quattuor foliorum, ordeum quinque &c*. SARIVNTVR vnico R, quòd antiqui mutas & ſemiuocales non geminabant.

VINEARVM SVPERFIC. COLIT.] in Kalendario Vallenſi eſt: VINEARVM. SVPERFICIVM. COLITVR. Colum. lib.11. c. 2. *Item vinearum foſſio hiſdem locis peragenda &c*. Palladius in menſe Febr. tit. 20. *Nunc locis maritimis & calidis fodiendae ſunt vites. vel (ſi haec prouinciae conſuetudo eſt) exarandae, & in eiſdem locis palandae,*

aut

aut ligandae ſunt vineae prius, quàm gemma procedat &c.

HARVNDINES, INCENDVNT.] In kal. Vallēſi eſt: HARVNDO INCENDIT, pro, INCENDVNTVR, & INCENDITVR. Colu.lib.4.c.32. *Sed & macies eius, cinere vel alio ſtercore iuuanda eſt, propter quod caeſum pleriq. incendunt arundinetum.*

PARENTALIA LVPERCALIA CARA COGNATO.] In Kal. Vallenſi. LVPERCALIA PARENTALIA CARA COGNAT. Haec in Faſtis, *Chariſtia* dicuntur, de quibus ita Ouidius cecinit in libris Faſtorum.

Proxima cognati dixere Chariſtia patres,
Et venit ad ſocios turba propinqua deos.

Val. Max. lib. 2. *Conuiuium ſolemne maiores noſtri inſtituerunt, idq́, Chariſtia appellauerunt. Praeter cognatos & affines nemo interponebatur &c.*

MENSIS MARTIVS.

VINEAE. PEDAM. IN. PASTINO. PVTANTVR.] In Kal. Vallenſi. VINEAE ET PEDAMINA &c. Varro lib. 1. c. 8. de re ruſt. *Quibus ſtat recta vinea, pedamenta dicuntur.* Colu. li. 4. c. 26. *Tamen in his haec, eorumq́, ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, partesq́, eorum putres dedolandae &c.* Idem cap. 15. *Nam plurimum intereſt, adhuc noua conſitione pedamen omne veſtiri.* & lib. 11. c. 2. *Igitur à Kalēdis Martij eximia eſt vitium putatio vſque in decimum Kalēdarum Aprilium, ſi tamen ſe gemmae nondum moueant.* Pallad. in menſe Martio tit. 1. *Martio mēſe locis frigidis putatio vinearum celebratur &c.*

TRIMESTR. SERITVR.] Colu. li. 2. c. 9. *Atque adhuc de ſatione autumnali loquimur, hanc enim potiſſi-*

tiſſimā ducimus. Sed & eſt altera, cum cogit neceſſitas, trimeſtrem vocant agricolae. Pallad.li.3. tit.2. de ſatione trimeſtri. *Hoc menſe*, inquit, *ſerendum omne trimeſtriū genus.* Cato tit.25. *Trimeſtrem quo in loco ſementim maturā facere non poteris, & qui locus reſtibilis craſſitudine fieri poterit, ſeri oportet.* Pallad.li.1.tit.6. *Trimeſtris ſatio locis frigidis et niuoſis cōuenit, vbi qualitas aeſtatis humecta eſt, ceteris raro reſpōdet euētu etc.*

ISIDIS NAVIGIVM.] In Kalendario etiā Vallenſi eſt, ISIDIS NAVIGIVM. De Iſidis nauigio meminit Lactantius Firmianus lib.1. c.27. *Certus dies*, inquit, *habetur in Faſtis, quo Iſidis nauigium celebratur: quae res docet, non tranaſſe illam, ſed nauigaſſe.* & Apuleius lib. 11. de Aſino aureo hunc diem videtur deſignare, cum inquit: *Diē, qui dies ex hac nocte naſcetur, aeterna mihi nuncupauit religio, quo ſedatis hibernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam, primitias commeatus libant mei ſacerdotes.*

SACRVM MAMVRIO.] In kal. Vallēſi habetur itidē SACRVM MAMVRIO. Putamus autem deſignari diē eum, quo ancilia mouebantur: tunc enim in fine ſacri, Mamurij nomen Salij canebāt, qui Numa regnante ancilia confecerat. Feſtus. *Rumentum in Auguralibus ſignificare videtur interruptio, abruptione. Dum verba ancilibus mouēdis praeit, ſi interim auis canerit, tum aeq. atq. auſpicio, augurio rumentum eſtod.* Ancilia cū feruntur à Salijs, relligio eſt antequàm cōdantur aliquid agere, & etiam proficiſci; & eo tēpore vxor Flaminis Dialis non pectebat crines. Corn. Tacit.

Fuere

Fuere qui proficiſcenti Othoni moras religionemq́, nondum conditorum ancilium adferrent.

LAVATIO.] Hoc verbum in kal. Vallenſi literis vetuſtate corroſis non legitur, nec in ijs quidem ſchedis, quae centum ab hinc annis extant apud me ſcriptae manu Pōponij Laeti. exiſtimamus autem deſignari diem in Faſtis VI. kal. Apr. quo die Mater Deûm lauabatur in flumine Almone. Auguſtinus lib. 2. c. 4. de ciuitate Dei: *Caeleſti virgini, & Berecynthiae Deorū matri omnium, ante cuius lecticam die ſollenni* LAVATIONIS *eius talia per publicum cantitabantur à nequiſſimis ſcenicis.* Vibius ſequeſter in libro de Fluminibus: *Almon Romae*, inquit, *vbi mater Deûm* VI. *Kal. April. lauatur.* Ammianus li. 23. *Vbi diem* VI. *Kal. quo Romae matri Deûm &c. & carpentum quo vehitur ſimulacrum, Almonis vndis ablui perhibetur.* Videndus Arnobius li. 7. Lucanus lib. 1.

Tunc qui fata Deûm, ſecretaq́, carmina ſeruant,
Et lotam paruo reuocant Almone Cybellem.

Martialis lib. 5.

Phrygiumq́, Matris Almo qua lauat ferrum.

Statius lib. 1. Silu.

Eſt locus ante vrbem, qua primum naſcitur ingens
Appia, quaque Itaio gemitus Almone Cybelle
Ponit &c. Silius Italic. li. 8.

——quique oſtia Tuſci
Amnis amant, tepidoq́, fouent Almone Cybellem.

Claudianus.

Praelatoq́, lauas Phrygios Almone leones.

Ouidius in Faſt.

Eſt locus in Tiberim quo lubricus influit Almo,

Et

Et magno nomen perdit in amne minor.
Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos
Almonis dominam ſacraq́, lauit aquis.

MENSIS APRILIS.

OVES LVSTRANTVR.] Ouid. Faſt. lib. 4.
Paſtor oues ſaturas ad prima crepuſcula luſtret,
Vnda prius ſpargat. Iuuenalis Satyr. 6.
—ne ſi centū luſtrauerit oues. Tibull. li. 1. eleg. 1.
Tunc vitula innumeros luſtrabat caeſa iuuencos
Nunc agna exigui eſt hoſtia parua ſoli.
Agna cadat nobis, quam circum ruſtica pubes
Clamet io meſſes, & bona vina date.
& tunc fortaſſe, oues ſignabant. vt ex Columella conijci poteſt in lib. 11. c. 2.

SACRVM PHARIAE ITEM SARAPIA.] Spartianus: *Caracalla ſacra Iſidis Romā deportauit, & templa vbique ei deae fecit.* Suet. in Othon. c. 12. *Sacra etiam Iſidis ſaepe in lintea religioſaq́, veſte propalam celebraſſe.* Lampridius: *Commodus ſacra Iſidis coluit, vt & caput raderet, & Anubim portaret.* Val. Max. lib. 7. c. 3. *Iſiaci habitu per itinera, viasq́, publicas ſtipem petens.* Plin. lib. 27. c. 7. *Abſinthium &c. huius ramū Iſiaci praeferre ſolenne habēt.* Lactant. lib. 1. c. 21. *Iſidis Aegyptiae ſacra ſunt etc.* Tibull. li. 1. eleg. 3.
Vt mea votiuas perſoluens Delia voces,
Ante ſacras, lino tecta, fores ſedeat. Lāpridi⁹. *Iſiacos verò Cōmodus vſque ad perniciem pectus tundere cogebat.* Eutropius lib. 8. *Domitianus Iſium & Serapium fecit.* Lāpridius: *Alexander Iſium & Serapium decenter ornauit.* Sed de ſacris Iſidis & Serapidis, ſiue, Sarapidis (vtroque enim modo ſcribebant) videndus Apul. lib. 11.

MENSIS MAIVS.

SEGETES RVNCANT.] In Kal. Vallenſi. SEGETES RVNCANTVR. Varro lib. 1. c. 30. de re ruſtica. *Segetes runcari, terram proſcindi. Runcari* autem quid ſit, Varronis expoſitor declarauit, qui ad id verbum hanc notam poſuit, quae deinde à librarijs in textum eſt recepta: *Runcari herbam ex ſegetibus expurgari.* Colu. lib. 11. c. 2. *Seminaria, quae ſunt ante facta, runcari, & adhuc commodè fodiri poſſunt.*

OVES TVNDVNT LANA LAVATVR.] Ita ſcribebant antiqui pro TONDENT, quod poſitum eſt pro, TONDENTVR. Eodem etiã modo dicebant FRVNDEM, pro, FRONDEM, & FRVNTEM, pro, FRONTEM. Colum. lib. 11. c. 2. *Oues Tarentinae radice lanaria lauari debent, vt tonſurae praeparentur.* Palladius in menſe Maio, tit. 8. *Locis temperatis nunc ouium celebranda tonſura eſt.*

IVVENCI DOMANT.] In kal. Vallenſi. IVVENCI DOMANTVR. Videndus Varro, apud quem ita ſcriptum eſt. li. 1. c. 20. *Nouellos cum quis emerit iuuencos, ſi eorum colla in furcas deſtitutas incluſerit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt manſuefacti, & ad domandum proni. Tum ita ſubigendum, vt minutatim aſſuefaciant, & vt tironem cum veterano adiungant. imitando enim facilius domantur.*

VICEA PABVLAR. SECATVR.] Colu. lib. 11. c. 2. *Sed & viciam in pabulum ſecare oportet, prius quàm ſiliquae eius durentur &c.* Pallad. in menſe Ian. tit. 6. *Hoc menſe vltimo colligendi ſeminis cauſa non pabuli ſecandi vicia ſeritur.* VICEA verò pro VICIA dicebant antiqui, vt VINIA, pro

VI-

VINEA, & permutatis literis VEA, pro VIA. Varro lib. 1. c. 2.

SEGETES LVSTRANTVR.] Virg. Bucol. Eclog. 1.

— & cum luſtrabimus agros.

& Georg. lib. 1.

Terq́, nouas circum felix eat hoſtia fruges.

Tibul. lib. 2. eleg. 1.

Quiſquis adeſt valeat, fruges luſtramus & agros.

& Propert. lib. 4. eleg. 1.

Parua ſaginati luſtrabant compita porci.

Cato tit. 141. *Agrũ luſtrare ſic oportet. imperãs ſuouetaurilia circumagi cum diuis volẽtibus &c.*

SACRVM MERCVR.] Maius Mercurio dicatus. Plutarch. in Numa.

ET FLORAE] Floralia in Faſtis habentur VI. Kal. Iun. ſed haec aliaq́. huiuſmodi, quae in Kalendario Vrbano ſunt deſcripta, conſultò à nobis omittuntur.

MENSIS IVNIVS.

SOLIS INSTITIVM: VIII. KAL. IVL.] In Kal. Vallenſi. SOLSTITIVM &c. Colu. li. 2. c. 4. *Circa ſolſtitium quod eſt* A. D. IX. *vel* VIII. *Kal. Iulias.*

FAENISICIVM] In Kal. Vallenſi. FAENISIC. Colum. lib. 2. c. 18. *Altero tamen anno minora pecora poſt faeniſicia permittemus admitti.* Pallad. in Iunio tit. 5. *Colligemus viciam, faenum reſecabimus ad pabulum.*

VINIAE OCCANTVR] Colu. lib. 11. c. 2. *Sed frigidioribus regionibus puluerationem faciunt, quam vocant ruſtici occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur, et reſoluitur in puluerem.* & li. de arborib. c. 5. *Poſt Idus Apr. terrã ad vitem aggerato, aeſtate deinde quàm potes ſaepiſſime occato.*

Iugerũ vineae quinque operis ablaqueat, quinque foditur, tribus occatur. Palladius in Maio. tit. 4. *Hoc menſe arbores, & vites, quae ablaqueatae fuerant, occare, hoc eſt operire iam conuenit.* VINIAE, pro, VINEAE, antiqua ſcribendi ratio eſt, qua, I, & E, inuicem mutantur. vnde in veteri inſcriptione eſt, LOCVM VINIAE PVBLICAE A PRIVATIS OCCVPATVM.

SACRVM FORTIS FORTVNAE.] Hoc habetur in Faſtis VIII. Kal. Iulias.

MENSIS IVLIVS.

MESSES HORDIAR. ET. FABAR.] In Kal. Vallẽſi, ET FABARIAE. Colu. li. 11. c. 2. *His diebus &c. ordeũ metere, fabam ſerotinã ducere, fabã maturã conterere, & paleam eius diligenter recondere, ordeum terere, paleasq́; omnes recondere &c.* Pallad. lib. 7. tit. 2. *Nunc primò ordei meſſis incipitur, quae conſummanda eſt ante quàm grana arefactis ſpicis lapſa decurrant, quia nullis ſicut triticum folliculis veſtiuntur.* & tit. 3. *Nunc & faba, luna minuente velletur. Ante lucem ſanè, & ante quàm luna procedat, excuſſa, & refrigerata ponatur.* HORDIAR. antiqua ſcriptura, pro, HORDEAR.

MENSIS AVGVSTVS.

PALVS PARAT.] In Kal. Vallenſi. PALVS PARATVR. Colum. lib. 11. c. 2. *Vel etiam palis conficiendis idoneum tempus eſt.*

MESSES FRVMENTAR. ITEM. TRITICAR.] Palladius lib. 8. tit. 1. *Nunc locis temperatis tritici meſſis expletur.* Varro lib. 1. c. 32. *Quarto interuallo inter ſolſtitium et caniculam pleriq. meſſem faciunt, quòd frumẽtum dicunt quindecim diebus*

eſſe

eſſe in vagina, quindecim florere, quindecim exareſcere, quòd ſit maturum. & cap. 50. *Meſſis proprio nomine dicitur in iis, quae metuntur, maximè in frumento, & ab eo eſt vocabulo declinata. Tria genera ſunt meſſionis &c.*

STVPVLAE INCENDVNT] In Kal. Vallenſi, STVPLAE INCENDVNT, quod poſitũ eſt pro, INCENDVNTVR. Pallad. in menſe Auguſto tit. 4. *Nunc vrenda ſunt paſcua, vt & altorum fruticũ feſtinatio reprimatur ad ſtirpes, & incenſis aridis noua laetius ſuccedant.*

MENSIS SEPTEMBER

DOLEA PICANTVR] Dolea, pro, DOLIA poſitum eſt, ea ſcribendi ratione, de qua ſupra dictum eſt. Colum. lib. 11. c. 2. *Hoc igitur cum exploratum habuerit villicus, ſciat vindemiam ſibi eſſe faciendam. Sed ante quàm fructum cogere incipiat, cuncta praeparanda erunt ſuperiore, ſi fieri poterit, mẽſe. Sin minus, certè vt ante quindecim dies dolia partim picata, partim defricata, & diligenter lota marina, vel aqua ſalſa, & rectè ſiccata.* Palladius in Septembri, tit. 11. *In doliis picandis hic modus erit, vt dolium ducentorũ congiorum. XII. libris picetur.*

POMA LEGVNT] In kal. Vallenſi, LEGVNTVR. Colum. lib. 12. c. 44. *Omne autem pomum, quod in vetuſtatem reponitur, cum pediculis ſuis legendum eſt, ſed, ſi ſine arboris noxa fieri poſſit, etiam cum ramulis. nam ea res plurimum ad perennitatem confert.*

ARBORVM OBLAQVIATIO] In kal. Vallenſi, ARBORVM OBLAQVEATIO. Colum. lib. 11. c. 2.

O Tum

Tum etiã arbores ablaqueare, nec minus vineas eaſdemq́; putare. & in lib. de arborib. cap. 5. *Ab Idibus Octobris ablaqueare incipito, ante brumã ablaqueatam habeto.* Sed *ablaqueare* tum apud Catonem tum apud Varronem vbique ſcriptũ eſt, non, *oblaqueare.*

MENSIS OCTOBER

VINDEMIAE] Colum, lib. 11. c. 2. *His diebus locis maritimis, & calidis vindemia, & cetera, quae ſupraſcripta ſunt, commodè adminiſtrantur &c.* Vindemiae quae ſunt neceſſaria parari docet Cato tit. 23. & vindemia facta quae fieri debeant tit. 26. & tit. 68. Vindemiarum tempus deſcribit Varro lib. 1. cap. 27. Item vindemiam quomodo facere oporteat li. 1. c. 54. Pallad. in Septembri, tit. 11.

DEANAE] pro, DIANAE, ἀρχαϊκῶς. & ita in inſcriptione Colótiana: M. AVRELIVS. PACORVS M. COCCEIVS. STRATOCLES. AEDITVI. VENERIS. HORTORVM. SALLVSTIANORVM BASEM. CVM. PAIMENTO. MARMORATO DEANAE D D

MENSIS NOVEMBER.

SEMENTES TRITICAR. ET. HORDIAR.] Pallad. lib. 13. tit. 1. *Decembri menſe ſeruntur frumenta, triticum, far, ordeum, quamuis ordei ſatio iam ſera ſit, & faba circa ſeptimum idus fieri poteſt.*

SCROBATIO ARBORVM.] Cato tit. 7. *Scrobes inuertito oleis, vlmis, vitibus, ficis ſimul cum ſemine.* & tit. 28. *in ſcrobe cum pones, ſummam terram*

ram ſubdito &c. Scrobium ratio, & quot operis fiant. Colum. lib. 11. cap. 2. & de ſcrobibus latius lib. 5. c. 5. & alibi. & Pallad. lib. 2. tit. 10. & tit. 15.

IOVIS EPVLVM] Iouis epulum Septemuiri Epulonum in Capitolio celebrabant. Val. Max. lib. II. c. 5. *Feminae cum viris cubantibus ſedentes caenitabant: quae conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas ad caenam inuitabantur.*

HEVRESIS] Heureſis quid ſit, quaerendum. nam fortaſſe dies deſignatur is, quo Ceres Proſerpinā filiam à Plutone raptā, omnib. terris perquiſitam inuenit. Apuleius lib. 11. de Aſino aureo: *Siue tu Ceres alma frugum parens originalis quae repertu laetata filiae, vetuſtae glandis ferino remoto pabulo, miti commōſtrato cibo, nunc Eleuſiniam glebam incolis &c.* Fabula ita nota eſt, vt nō egeat explicatione. *Repertu* autem Apuleius dixit pro *inuentione*, quod verbū reſpondet Graecō εὕρησις.

MENSIS DECEMBER.

HIEMPS INITIVM] Videndum an ſit fabrile erratū, nam in kal. Vallenſi eſt: HIEMIS INIT.

SIVE TROPAE CHIMERIN.] In kal. Vallenſi, TROPAEAE CHIMER. Sed haud ſcio quàm recte, nam Graecis τροπαὶ χειμεριναὶ dicuntur, quae Varroni & Columellae alijſq. Latinis ſcriptoribus *Bruma*.

VINEAE STERC.] In kal. Vallēſi, VINEAE STERCORANTVR. Cato tit. 33. Colum. lib. 2. c. 2. &

capit 6. vbi tamen ait ſtercus vitibus ingeſtum vini ſapori obeſſe.

FABA SERENTES] Non eſt erratum fabrile, licet in Kal. Vallenſi ſit, FABA SERITVR, nam FABA, pro, FABAM poſitum eſt, vt infra dicetur. Palladius lib. 13. tit. 1. *Decembri menſe &c. faba circa ſeptimum Idus ſeri poteſt.*

MATERIAS DEICIENTES] In kal. Vallenſi mendoſè inciſum eſt DECIENTES. Colum. lib. 11. cap. 2. *Nec minus in aedificia ſuccidere arborem conuenit ſed vtraque melius fiunt luna decreſcente ab vigeſima vſque in trigeſimam, quoniam omnis materia ſic caeſa iudicatur carie non infeſtari.* & paulò poſt. *Materies ſi roborea eſt, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum* XX. *haec erit vehis vna.*

OLIVA LEGENT.] Putamus OLIVA, pro, OLIVAM poſitum eſſe, vt ſupra FABA, pro, FABAM, & in antiquis monumentis PRIVERNVM CAPTV &c. Pallad. lib. 12. tit. 6. *Graeci iubent oliuam cum plantatur & legitur, à mundis pueris, & virginibus operandum, credo recordati arbori huic eſſe praeſidem caſtitatem.*

ITEM VENANT.] VENANTVR integra lectio. Columella tamen lib. 11. c. 1. praecipit villicum debere venandi ſtudium, aut aucupandi vitare, quòd ijs rebus plurimae operae auocantur.

FRAG-

FRAGMENTA INSCRIPTIONVM FRATRVM ARVALIVM

APVD FVLVIVM VRSINVM

I.

. . . . S. L. VITELLIVS. PAVLLVS . . .
. . . . C. SCIPIO. MAGNVS. POMPE . . .
. . . . IDVS. IANVAR . . . . .
. . . ONI. QVOD. TI. CLAVDIVS. CAE
. . . VS. GERMANICVS. P. P. APPELLATVS
. . . TOLIO. IOVI. BOVEM. MAREM. IVN
. . . CAM. MINERVAE. VACCAM. FELICI
. . . ACCAM. DIVO. AVGVSTO. BOVEM. MAREM. DI
. . . AVGVSTAE. VACCAM . . . .
. . . ADFVERVNT . . .
C. CAECINA. LARGVS. L. VITELLIVS. PAVL
. . FABIVS. PRISCVS. TAVRVS. STATILIVS
. . CORVINVS. C. PISO. M. SILANVS. L. SILANI
. . . CNVS. POMPEIVS.
. . . . ATIONEM. DIVAE. AVG. ITEM
. . . DIVO. AVG. BOVEM. MAR . . .
. . . . ES VACCAM . . .
. . . . . ADFVERVNT . . . .
. . . . . LARGVS. L. VITELLIVS. PAVL . .
. . . . . CVS. TAVRVS. STATILIVS
. . . . SO. M. SILANVS. L. SILANI
. . . . EIVS.
. . . . . . FEBR.

INSCRIPTIONVM FRATRVM

2

. . . . . MINERVAE . VACCAM . . . . .
. . . DIVO . AVGVSTO . BOVEM . . .
. . . IN . TEMPLO . CONCORDIAE . . .
. . . PALATIO . DIVO . AVGVSTO . . .
. . . . AD . ARAM PROVIDEN . . . .
. . . . CAM . IMMOLAV . . . .
. . . . INT . CN . DOM . . . .
. . . . . STATIL . . . . .

3

. . . . . FRATR . . .
. . . ARIS . MATRIS . . .
. . . MANICI . BOVEM . . .
. . . ADFVERVNT . CN . DOMITI . .
. . . VS . PERSICVS . C . CAECINA . LAR . .
AD . VI . K . NOVEMB
. . . OB . DETECTA . NEFARIA . CON . . .
. . . VM . CN . LENTVLI . GAE . . .
. . . . OTHO . FLAMI . . . . .
. . . . FRATRVM . . . . .

. . . .

. . . . VACCAM . SALVTI . PVBLIC . VACCAM . FELICI TATI . VACCAM . GENIO . IPSIVS . TAVRVM . . . IO . AD FVERVNT . A . VITELLIVS . M . APONIVS . SATVRNINVS L . SALVIVS . OTHO . TITIANVS . . . CIVS . CAMERI-NVS . C . VIPSTANVS . APRONIANVS . P . MEMMIVS . RE-GVLVS . C . PISO

NERONE . CLAVDIO . DIVI . CLAVDI . F . GERMANICI CAESARIS . N . TI . CAESARIS . AVG . PRO . N . DIVI AVG . ABNEP .

CAESARE . AVG . GERMANICO . PONT . MAX . TRIB . POT . VII . IMP . III . COS . IV .

COSSO . LENTVLO . COSSI . FILIO . COS

K . IANVAR

SVLPICIVS . CAMERINVS . MAGISTER . COLLEGI . FRA TRVM . ARVALIVM . IMMOLAVIT . IN . CAPITOLIO . . . COS . NERONIS . CLAVDI . CAESARIS . AVG . GERMANI CI . IOVI . B . MAREM . IVNONI . VACCAM . MINERVAE VACCAM . GENIO . IPSIVS . TAVRVM . . IN . COLLE GIO . ADFVERVNT . SVLPICIVS . CAMERINVS . MAGI STER . L . PISO . L . F . T . SEXTIVS . AFRICANVS . M . APO NIVS . SATVRNINVS . L . SALVIVS . OTHO . TITIANVS P . MEMMIVS . REGVLVS . C . PISO

ISDEM . COS . III . NONAS . IANVAR

SVLPICIVS . CAMERINVS . MAGISTER . COLLEGI . FRA TRVM . ARVALIVM . NOMINE . VOTA . NVNCVPAVIT PRO . SALVTE . NERONIS . CLAVDI . DIVI . CLAVDI . F . GERMANICI . CAESARIS . N . TI . CAESARIS . AVG . PRO . N . DIVI . AVG . AB . N . CAESARIS . AVG . GERMANICI PONT . MAX . TRIB . POT . VII . IMP . VII . COS . IIII . ET OCTAVIAE . CONIVGIS . VICTIMIS . IMMOLATIS . IN . CAPITO

LIO

LIO. QVAE. SVPERIORIS. ANNI. MAGISTRI. VOVE
RANT. PERSOLVIT. ET. IN. PROXIMVM. ANNVM. NVNCV
PAVIT. PRAEVNTE. M. APONIO. SATVRNINO. IOVI.
MARES. DVO. IVNONI. VACCAS. II. MINERVAE. VAC
CAS. II. SALVTI. PVBLIC. VACCAS II. IN. TEMPLO
NOVO. DIVO. AVG. B. MARES. II. DIVAE. AVG. VAC-
CAS. II. DIVO. CLAVDIO. B. MAR. II. IN. COLLEGIO
ADF. SVLPICIVS. CAMERINVS. MAGISTER. A. VITEL
LIVS. L. PISO. L. F. M. APONIVS. SATVRNINVS. P.
MEMMIVS. REGVLVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS.

ISDEM. COS. III. IDVS. IANVAR

ADSTANTIBVS. SVLPICIO. CAMERINO. MAGISTRO
L. SALVIO. OTHONE. TITIANO. C. VIPSTANO. APRO
NIANO. . . . .

. . . .
. . . . COLLEG. ADF. . . . . .
. . . IN. CAPITOLIO. OB. NATALEM. NERO
NIS. AVG. GERMANICI. IOVI. B. M. IVNONI
VACCAM. MINERVAE. VACCAM. FELICI
TATI. PVBLICAE. VACCAM. CONCORDIAE. VACCAM
GENIO. IPSIVS. TAVRVM. IN. COLLEGIO. ADFVERVNT
SVLPICIVS. CAMERINVS. MAGISTER. M.
APONIVS. SATVRNINVS. C. VIPSTANVS
APRONIANVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIA
NVS. T. SEXTIVS. AFRICANVS.

CA-

6

. . . .

. . . .

. . . . CAMERINVS . A . VITELLIVS . C . VIPSTANVS

APRONIANVS . . . .

. . . AFRICANVS . COS . . . .

. . . IDVS . DECEMBR .

. . . M.ARVALIVM.NOMINE.IMMOLAVIT.IN.SACRA.VIA

. . . MORIAE . CN . DOMITI . AHENOBARBI . B . M . .

. . SATVRNINVS.A.VITELLIVS.C.VIPSTANVS.APRONIAN

. . CAMERINV:.T.SEXTIVS.AFRICANVS.L.SALVIVS.OTHO

. . . K . IANVAR . . . .

. . . VM.ARVALIVM.NOMINE.IMMOLAVIT.IN.CAPITOLIO

. . . SARIS.AVG.GERMANICI.IOVI. B.M.IVNONI.VACCAM

. . . .

7

. . . .

. . . .

. . . . MVS . . . .

. . . . . EI . IN . EADEM . VER . . . . .

. . . . . BA . VOVIMVS . ESSE . FVTVRVM . . . .

. . . . VOVIMVS . ESSE . FVTVRVM . QVOD . . .

. . . . TIBI . IN . EADEM . VERBA . NOMINE . FR . . .

. . . . VOVIMVS . ESSE . FVTVRVM . . . . .

. . . . BOVE . AVRATO . VOVIMVS . ESSE . FVTV . .

. . . ACXIS . TVNC . TIBI . IN . EADEM . VERBA . .

. . . AVRATA . VOVIMVS . ESSE . FVTVRVM . . .

. . . STANVS . APRONIANVS . L . POMPON . . .

. . . .

. . . .

8

. . . .

. . . . INERVAE

. . . . ET . IN . EO

. . . . AVG . ET . LVCIL

. . . . ABERIS . EVIN

. . . . NOMINE

. . . . FVTVRVM

. . . . FVTVRVM

. . . . FVTVRVM

. . . . VTVRVM

. . . . MORI

. . . .

9

. . . .

. . . . . CRIFICIVM . IN

. . . . . IAE

. . . . . XVI . K . IVN . DOMI

. . . . . XIIII . K . IVN . IN . LVCO . ET . DOMI

. . . . . XIII . K . IVN . DOMI

. . . . . IN . COLLEGIO . ADFVERVNT

. . . . . L . SALVIVS . OTHO . TITIANVS

. . . . . A . VITELLIVS . Q . TILLIVS .

. . . . . . SASSIVS

. . . . . . ISDEM . COS .

. . . . V . KAL . MAR .

. . . . ALVIVS . OTHO .

. . . .

10

. . . .
. . . . . IN.COLLEGIO.ADFVE . . .
. . . . . .CAMERINVS.L.SALVIVS . .
. . . . . CIO.AFRICAN . . . . .
. . . . IIII.IDVS . . . .
. . . . . GISTER.COLLEGII.FRATRVM .
. . . . .REDITV.NERONIS.CLAVDI . .
. . . . MINERVAE.VACCAM.ITEM . .
. . . MVM.DOMITIANAM.DIS.PENA . . .
. . . IN.COLLEGIO.ADFVERVN . . .
. . . APRONIANVS.M.APONIV . . . .
. . . . . . COS.III. . . . . .
. . . . COLLEGII.FRATRVM.AR . . .
. . . . IO.DIVO.AVG. . . . . . .
. . . .

11

. . . .
. . .IN.CAPITOLIO.VOTORVM.NVNCVPANDORVM.CAVSA
. . . FRATRES.ARVALES.CONVENERVNT.TI.IVLIVS.CAN
. . . L.ANTONIVS.ALBVS.M.LICINIVS.NEPOS
. . . IN.PRONAO.AEDIS.CONCORDIAE.FRATRES
. . . . . CANDIDVS.PROMAG.MANIBVS.LAV
. . . . . SACRIFICIVM.DEAE.DIAE.CVM.COLLEG
. . . . QVOD.BONVM.FAVSTVM.FELIX.FORTV
. . . . . TRAIANI.NEPOTI.DIVI.NERVAE.PRO.N
. . . . . COS.II.PP.PRINCIPI.PARENTIQ.S.
. . . . . DOMI.A.D.XIIII.K.IVN.IN.LVC.
. . . .

12

VII. ID. NOV.

SABNIVS. DONATVS. L. FABIVS. FORTVNATVS
FRATRES. ARVAL. IN. LVC. D.D. VIA CAMPANA. APVD
LAP. V. CONV. PER. C. PORC. PRISCVM. MAG. ET. IBI. IMM
QVOD. VI. TEMPESTAT. ICTV. FVLMIN. ARBOR. SACR
LVC. D.D. ATTACT. ARDVER. EARQ. ARBOR. ERVENDAR
FERR. FENDENDAR. ADOLENDAR. COMMOLENDAR.
ITEM. ALIAR. RESTITVENDAR. CAVSA. OPERISQ. INCRO
ANDI. ARAE. TEMPORAL. SACR. D.D. REFICIEND. EIVS
REI. CAVSA. LVSTR. MISS. SVOVETAVRILIB. MAIOR
ITEM. ANTE. AED. D.D.B.F.A. IVNCT. N̄. II. ITEM. AD. AR.
TEMPOR. DIS. INF. S.S. IAN. PATR. ARIET. II. IOVI. VER
BEC. II. MARTI. PATRI. VLT. AR. N̄ II. SIVE. DEO. SIVE
DEAE. VERBEC. II. IVN. D.D. OV. N̄. II. VIRGINIB. DIV.
OV. N̄. II. FAM. DIV. VERB. N̄. II. LARIB. VERB. II. MATR
LAR. OV. N̄. II. FONT. VER. N̄. II. FLOR. OV. N̄. II. SVM
MAN. PATR. VERB. ATROS. II. VESTAE. MATRI. OV. II
VESEOR. DEOR. DEORQ. OV. II. ITEM. ADOLEND. COIN
QVE. OV. II. ET. ANTE. CAESAR. GENIO. D. N̄. SEVERI
ALEXANDRI. AVG. T. A. ITEM. DIVIS. N̄. XX. VERBEC. XX.
XIII. ID. DEC. FRATRES. ARVAL. IN. LVCO. DEAE. DIAE. VIA
CAMPANA. APVD. LAP. V. CONVENER. PER. C. PORC. PRI
SCVM. MAG. ET. IBI. IMMOLAV. QVOD. AB. ICTV. FVLMI
NIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D.D. ATTACTAE. ARDVE
RINT. EARVMQ. ARBOR. ADOLEFACTARVM. ET. CO N
QVENDARVM. ET. IN. EO. LVCO. SACRO. ALIAE. SINT. RE
POSITAE. ET. ARAE. TEMPORAL. REFECTAE. FERRI. EF
FER. EIVS. OPER. PERFECTI. CAVSA. LVSTRVM. MIS
SVM. SVOVETAVRILIBVS. MAIORIBVS. ET. CETERA. Q.S.
ADFVER. P. AEL. SECVNDINVS. T. FL. ARCRESILAVS. M.
FAB. FORTVNATVS. M. SABNIVS. DONATVS.
FVSCO. II. ET. DEXTRO. COS. XIII. K. MAI. IN. LVCO. DEAE
DIAE. P.F. MAG. L. PORCI. PRISCI. OB. FERRI. INLA
TIONEM. SCRIPTVR. ET. SCALPTVR. MARMOR. CAVSA

IM-

IMMOL.IPSO.MAG.PORCAM. ET.AGNAM.STRVIB. EF
FERTIS.ET.EXTAS.REDDID.AD.ARAM.MINISTRANTI
BVS. PVBLIC. ET. PRAESENTIBVS. A. SACR.D.N. AVG
ITEM.IMMOLAVIT.OB. FERRI. ELATIONEM. SCRIPTV
RAE.ET.SCALPTVR.ET.OPERIS.PERFECTI.III.NON
MAI.PER.PORC.PRILOLOGO.CALAT.ET.PER.PVBLIC
FRATR. ARVALIVM.

13

. . . .
. . . . DRATVS. PROTOMAG
. . . . VALERIVS. IVNIANVS
. . . . IN. PALATIO. IN. DIVORVM
. . . . SACRVM. DEAE. DIAE. IBIQ.
. . . . HERENNIVS. ORBIANVS.
. . . . PVERIS. PATRIMIS. ET. MA
. . . . BVS. PVERI. RICINIATI.
. . . .

14

. . . . . S. SACRIFICIVM . . . . . .
. . . . . . QVOD. BONVM. FAVSTVM . . .
. . . . AVRELIO. VERO. AVG. TRIB. POTEST . .
. . . . VM. SOLLEMNE. DEAE. DIAE . . .
. . . . MABITVR. ADFVERVNT. AV . . .
. . . . . . ISDEM . . . .

15

. . MESSALLA . ET . SABINO . COS. . . . .
. . FRATRES . ARVALES . CONVENERVNT . P . . . .
. . NVS. IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS . .
. . . AR. FELICISSIME. AD. IBERNA . NICOMEDIAE . .
. . O. PROMAG. VICE. M. IVLI. GESSI. BASSIANI. MAG . .
. . . EA. SALVTI. IMP. ANTONINI. BEA. FORT. DVCIS . .
. . LI. TA. GENIO. ANTONINI. AVG. TA. IVN. IVLIAE . .
. . O. SVLPICIVS. POLLIO. P. AELIVS. COERANVS. IVN. M.
. . FERRI. INFEREN. PIACVLVM . FACTVM . . .
. . . VET. PORCIL. FERRI . EFFEREND . . . .

16

. . . . VI. ID. . . . . . .
. . . CELLAM . IVNONIS. . . .
. . . . NONIS . IAN . QVAE . . .
. . . . CELLA . DECENNALIA. S . .
. . . PRO . INCOLVMITATE . IMP . .
. . . GORDIANI. PII. FELICIS . .
. . . CONVENERVNT . PER . M . . .

17

. . . . EPINVS . P . AEL . . . . . .
. . . . EL . PVBLICA . COMMOD . . . .
. . . . IVN . REG . FRATRVM . ARV . . .
. . . . AVRELIVS . ANTONINVS . . . .
. . . . IMP . III . COS . IIII . PROCOS . .
. . . . SALVVS . SERVATVS . SIT . . .
. . . . IVN . IVLIAE . AVG . B . . . . .
. . . . VS . POLLIO . P . AELIVS . . . .
. . . . VS . PVBLICA . COMMODA . . .

18

. . . . ARVN . DICQ . . . .
. . . . RO . ALEXANDRO . . . . . .
. . . . ANTONINI . P . F . DIVI . S . . . . .
. . . . TR . AVG . N . ET . CAS . . . .
. . . . D . EORVM . S . P . Q . F . . . . .
. . . . HOC . ANNO . ERIT . AN . . . .
. . . . AT . LVCO . . . .

19

. . . . PRECES . POSCO . VT I . S . . .
. . . . IMO . IISQVE . QVI . . . .
. . . PRECARI . VO . . . . . .
. . . .

NO-

NOTAE
AD FRAGMENTVM PRIMVM.

QVOD. TI. CLAVDIVS &c.] Videtur inciſum fuiſſe . . . IVNONI. QVOD. TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVGVSTVS. PP. APPELLATVS EST. IN. CAPITOLIO. IOVI. BOVEM. MAREM. IVNONI. VACCAM. MINERVAE. VACCAM. FELICITATI. VACCAM. DIVO. AVGVSTO. BOVEM. MAREM. DIVAE. AVGVSTAE VACCAM. deinde videtur fuiſſe, OB. CONSECRATIONEM. DIVAE. AVG. nam haec Iuliae conſecratio, cuſis aereis numiſmatibus à Tibero Imperatore celebrata eſt. Sed non eſt conſilium ſingula fragmenta ſupplere, praeſertim cum ex collatione ſimilium locorum poſsit vnuſquiſque ſibi ea nullo negotio concinnare.

AD FRAGMENTVM. II.

AD. ARAM. PROVIDENT.] Ara prouidentiae in aereis Auguſti numiſmatibus habetur. Putamus autem illud INT, fuiſſe SPINT, hoc eſt, Spinther, quod eſt Corneliae Lentulorum familiae cognomen.

AD FRAGMENTVM III.

OB. DETECTA. NEFARIA. CON] Quae nefaria conſilia detecta deſignentur, quaerendum. & fortaſſe

fortaſſe indicatur coniuratio in Neronem, de qua vidēdus Cornelius Tacitus lib. 15. De Cn. Lentulo Gaetulico facit mentionem idem Tacitus lib. 5.

AD FRAGMENTVM IV.

C. VIPSTANVS] Tacitus lib. 4. *Magnam*, inquit, *eo die pietatis eloquentiaeq́ famam Vipſanus Meſſala adeptus eſt &c.* Sed legendum *Vipſtanus*, nam ita conſtanter reperitur in fragmentis, quae ſequuntur. Illud autem PRAEVNTE mendum eſt manifeſtum: notum autē quid ſit *praeire verba*. Liui. lib. 8. *Agedum pontifex publicus Populi Romani, praei verba, quibus me pro legionibus deuoueam*. Graeci dicunt, ἐξάρχειν. In veteri inſcriptione ita inciſum eſt. DOMITIVS. VALENS. II. VIR. PRAEEVNTE. IVLIO SEVERO. PONTIF. LEGEM. DIXIT. IN. EA VERBA. QVAE. INFRA. SCRIPTA. SVNT.

AD FRAGMENTVM V.

OB. NATALEM. NERONIS] De Neronis Imp. natali videndus Suetonius in Nerone, cap. 6. *Nero*, inquit, *natus eſt Antij poſt* IX. *menſes, quàm Tiberius exceſſit*, XVIII. *Kal. Ianuarias.*

AD FRAGMENTVM VI.

MEMORIAE. CN. DOMITI. AHENOBARBI. B. M.] Ita ſupplendum hoc fragmentū, & de Cn. Domitio Ahenobarbo Neronis Imp. atauo, viden-

dus Suetonius in Nerone cap. 2.

AD FRAGM. VII.

QVOD . SI . FACXIS . TVNC . TIBI . IN . EADEM VERBA . NOMINE. FRATRVM. ARVALIVM. BOVE. AVRATO . VOVIMVS . ESSE . FVTVRVM .] Ita haec formula ex ipſius fragmẽti reliquijs videtur explenda. Tertullianus ex hoc fragmento emendatur in libro de corona militis, in quo ſic ait: *Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principijs, ſecunda in Capitolijs. Accipe poſt loca; & verba. Hunc tibi Iuppiter bouem cornibus auro decoratis vouemus eſſe futurum &c.* Sed legendum; *Tunc tibi Iuppiter boue cornibus &c.* VOVEMVS autem eſt etiam in lapidẽ, licet VOVIMVS in eodem lapide frequentius ſit. apud Tertullianum autem videtur legendum *in Capitolio*, qui error apud hunc ſcriptorem irrepſit ex voce, *principijs*, qui erat locus in caſtris, vt conſtat ex Varrone li. 3. c. 4. de re ruſt. Liuio, li. 7. & Floro li. 4. de bello Gallic.

AD FRAGMENTVM. X.

PRO . REDITV . NERONIS . CLAVDI] Vota pro reditu habentur etiam in argẽteis Auguſti numiſmatibus. & DOMVM DOMITIANAM nominauit, quòd ex ea Nero Imp. ortus ſit, vt Suetonius & alij ſcribũnt.

AD FRAGMENTVM XII.

SVOVETARILIB.] Sic conſtanter in hoc lapide,

& ita

& ita apud Catonem in libris manuſcriptis tit. 141. ad quem locum videnda ſunt quae notauimus ex Feſto, Chariſio, & aliis.

IAN. PATRI. ARIET. II. IOVI. VERBEC. II. MARTI. PATRI. VLT. AR. N. II.] Videndus Cato 141. apud quem in formulis agri luſtrandi haec habentur: *Ianum, Iouemq; vino ſic praefamino: ſic dicito. Mars pater te precor, quaeſoq; vti ſies volens propitius mihi &c.* Intelligit autem Martem Siluanum, de quo Lucilius illo verſu apud Nonium, vt docti viri legunt, *Luporum exactorem Martem Siluanum, & fulguritatem arborũ.* niſi legendum ſit: *Fulguritarum arborum.* Nam fulguritas arbores dicebant, fulgure attactas. Feſtus. *Strufertarios appellabant antiqui homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas piacularium commiſſarum cauſa, ſacrificia quaedã ſtrue & ferto ſollemnibus verbis faciant.* PRECOR TE IVPPITER VTI MIHI VOLENS PROPITIVS SIES, *quod & nullo etiam fiebat adhibito ſtrufertario.* & in hoc ipſo lapide ſic habetur. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT.

SVMMAN. PATR.] S. Auguſt. lib. 4. de ciu. Dei. *Romani veteres neſcio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quàm Iouem, ad quem diurna pertinebant.*

ET COINQVENDARVM] Vtitur hoc verbo Feſtus. *Scribonianum*, inquit, *appellatur ante atria puteal, quod fecit Scribonius, cui negotium datum à Senatu fuerat, vt coinqueret ſacella attacta: iſque illud procurauit, quia in eo*

loco attactum fulgure ſacellum fuit. Quòd igno-raretur autem, vbi eſſet, (vt quidam) fulgur conditum, quod cum ſcitur, nefas eſt integi, ſemper foramine ibi aperto caelum patet &c. Attactum autem Feſtus alibi dixit *fulguritum*, ideſt fulmine ictum: qui locus ſtatim fieri putabatur religioſus, quòd eum Deus ſibi dicaſſe videretur, appellabaturq. *Bidental*, quòd ibi de bidēte rem diuinam facerent. Acro in Horat. poetic. *Bidental locus in quo fulmen conditum erat cum magna reuerentia à ſacerdotibus: & Bidental à bidentibus dictum, nam reliquias fulminis Pontifices cum ſacrificio ſepeliebant.*

Operisq. incroandi.] incroandi, & paulò poſt, rvivs operis perfecti, & deinde, arcresilavs, & prilologo, non eſt mendum fabrile, ſed antiqua quaedam obſoletaq. ſcribendi ratio, qua R littera, pro H aſpirandi cauſa ponebatur. Vnde qui *Rabonius* in Verrinis eſt apud Ciceronem, idem *Habonius* dicitur à Priſciano, qui eum citat locum Ciceronis.

Strvibvs effertis] Erratum fabrile, vt multa alia in hoc lapide, nam infra mendoſè poſitum eſt, praelentibvs, pro, praesentibvs, niſi forte fuit, praeevntibvs. de ſtruibus autē & ferto Feſtus ita: *Fertum genus libi dictum, quod crebrius ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue, altero genere libi, quod qui adferebant, ſtruſertarij appellabantur.*

AD FRAGM. XIII.

Pveri riciniati] Feſtus. *Ricae, & riculae vocantur*

cantur parua ricinia, vt palliola ad vſum capitis facta. Granius quidem ait eſſe muliebre cingulum capitis, quo pro vitta Flaminica vtatur &c. & infra. *Rica eſt veſtimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicae pro palliolo, mitraue vtebantur, vt Verrius exiſtimat. Titinius. Rica ex lana ſucida, alba veſtitus. Alij dicũt pallium eſſe triplex, quod conficiant virgines ingenuae, patrimae matrimae, quòd caeruleo colore infectum lauetur aqua pura. Alij, quo Flaminiã cingat pileum.* Cicero 2. de legib. *Extenuato igitur ſumptu tribus ricinijs & vinculis purpurae &c.* Varro de vita populi R. li. 1. apud Nonium. *Ex quo mulieres in aduerſis rebus, ac luctibus, cũ omnem veſtitum delicatiorem, ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt.* In hoc autem fragmento cum PVERIS PATRIMIS ET MATRIMIS ponuntur PVERI RICINIATI.

AD FRAGM. XIV.

SACRIFICIVM SOLLEMNE DEAE DIAE] Ita ſupplendum videtur hoc fragmentum. Feſtus. *Sollemnia ſacra dicuntur, quae certis temporibus annisq́; fieri ſolent.* SOLLEMNE autem, non, SOLENNE, inciſum eſt conſtanter in vetuſtis monumentis.

AD FRAGM. XV.

TA. GENIO. ANTONINI] Supra in fragmento IV. GENIO IPSIVS TAVRVM. & in fragmento V. GENIO IPSIVS TAVRVM. quod autem paulò

poſt habetur, FERRI INFEREN, & FERRI EFFEREN, ſupra quoque poſitum eſt in fragmento XII. item, OB FERRI INLATIONEM, & OB FERRI ELATIONEM. deinde ad PIACVLVM FACTVM videndus Feſtus in *Piacularis porta*, ibi enim eſt: *Cum facto per aliquem piaculo ſoluitur &c.* poſitum autem eſt *piaculum*, pro *expiatione*. Virgil. *Ea prima piacula ſunto.*

AD FRAGM. VI.

CELLAM IVNONIS] De cella Iunonis quae in templo Iouis Capitolini fuit, meminit Plinius, cum ſcribit in ea ſe vidiſſe canem ex aere ſuum vulnus lambentem. Fuit haec à ſiniſtra cellae Iouis, cum Mineruae eſſet à dextra, vt tradit Liuius, & Feſtus in NIXI DII.

AD FRAGM. XVII.

SALVVS SERVATVS SIT] Notanda formula, Quòd Imp. M. Aurelius Antoninus Pius Caeſar Auguſtus Imp. III. Cos. IIII. PROCOS &c. ſaluus ſeruatus ſit.

AD FRAGM. XIX.

PRECES. POSCO. VTI. S.] Extat haec formula apud Catônem his concepta verbis tit. 134. *Iane pater te hac ſtrue commouenda bonas preces precor, vti ſies volens propitius mihi &c.* Ad has autem veteres inſcriptiones poſſunt adiungi hae, quae & ipſae à rebus ruſticis non

ſunt

ſunt alienae, & apud me ſeruantur. SEX. POMPEIO. SALVIO. SEX. POM. SER. A. PENDICE CEDRI. ITEM. AB. HORT. CVLT. H. S. E. SEX. POMPEIVS. METRODORVS. SEX. POMPEI. TON. ROGO. PER DEOS STYGIOS. OSS. NOSTR. QVISQVIS. ES. HOMO. NON. VIOLES. NON. TRAS. H. L. illud, TON. pro, TONSOR poſitum eſt: &

Q. LVSCIO. PHILONI. A. PENDICE. CEDRI: Item: ARAM. IOVI. FVLGERATORI. EX. PRAECEPTO. DEORVM. MONTENSIVM. VAL. CRESCENTIVS. PATRI. DEORVM. OMNIVM. ET AVR. EXVPERANTIVS. SACERDOS. SILVANI. CVM. FRATRIBVS. ET. SORORIBVS DEDICAVERVNT.

IVNIVS PHILARGYRIVS IN BVCOLICA VIRGILII AD VALENTINIANVM

ECLOG. I.

VRBEM QVAM DICVNT ROMAM] Roma & ante Romulum fuit, & ab ea ſibi Romulum nomen adquiſiuiſſe Marianus Lupercaliorum poeta ſic oſtendit. *Sed de flauo & cano ita Roma Aeſculapij filia nouum nomen Latio facit: quòd conditricis nomine ab ipſo omnes Romam vocant.*

NON INSVETA GRAVIS] *Grauis* accuſatiuus pluralis quaſi, graues.

ECLOG. II.

PAN PRIMVS CALAMOS] Pan, ideſt, Natura omnium rerum, inuentor eſt fiſtulae. Pan paſtoralis deus; per cornu, ſolem ſignificat, & lunã: per fiſtulam, ſeptem planetas ſtellas: per pellem maculoſam, caeli ſidera: per cannam, ventos: per vngulas caprinas, ſoliditatem terrae: Villoſus eſt, quia veſtitis gaudet terra. hic autem natus eſt Mercurio in arietem conuerſo, & Penelope vxore Vlyſsis.

TORVA LEAENA] Hoc nomen licet veteres Latinũ negent, auctoritate tamen valet. Dicebant enim leonem maſculum & feminam, vt Plautus in Vidularia: *Nam audiui feminam ego leonem ſemel parire.* Cicero de gloria lib. 2. ſic ait: *Statuerunt gloria leaenae.* Leam verò Varro ad Ciceronẽ dicit lib. 3. *Sicut nocet panthera, & lea.*

SEMIPVTATA TIBI FRONDOSA VITIS] Frondoſa vitis, ideſt, de qua ſi quis biberit, inſanit. Sic Varus. *Et frondoſam*, inquit, *ſemiputatam quaeritur vitem*. Aſper: *Tarditatem quaeritur*, inquit, *quia ſtatim poſt vindemiam potant vites*. *Vel frondoſa vitis*, quia aiunt mente ſanos non haberi, qui ex ſemiputata vite bibunt vinum.

ECLOG. III.

TRANSVERSA TVENTIBVS HIRCIS]Legitur & *hirquis*, ideſt, oculis, ac humilibus & languentibus oculis, non ignorante populo. Iuuenalis. *oculosq; in fine trementes*. Perſius. *Patranti fractus ocello*.

BINOS ALIT VBERE FETVS] Si vitula eſt adhuc, quare *binos alit vbere fetus*? ſed vt apud Terentium virgo dicitur quae peperit, vt in Adelphis. *Puer natus, nihil habet virgo*. Sic virgo, quae parit. ideo ad ſecundum partum virgo dicitur, poſtmodum mulier. hic poſt partum *vitula* dicitur pro vacca.

DIFFVSOS HEDERA] Legitur & *Aedera*, ab aerendo arboribus, & ſine aſpiratione dici debet.

AVT ME PHOEBVS AMAT] ideſt, Caeſar: aut originem geniturae ex iſto verſu comprendit, nam mater Virgilij fertur Maia, cum eundem paritura grauis eſſet ſomniaſſe lauri fructum varijs floribus ornatum genuiſſe.

QVI BAVIVM NON ODIT: AMET TVA CARMINA MAEVI] Duos ſui temporis poetas dicit peſſimos, quorum carmina ob humilitatẽ abiecta ſunt. Vult ergo notare qui ſunt inimici Virgilij, qui Vauium, ideſt, peſſimum poetam, & Maeuium, ideſt, peiorem poetam, vt duplum

habeant malum. Ex quibus Vauius curator fuit, de quo Domitius in *Cicuta* refert.

Omnia cum Vauio communia frater habebat,
Vnanimi fratres ſicut habere ſolent.
Rura, domũ, nũmos, & denique omnia: vt aiunt,
Corporibus geminis ſpiritus vnus erat.
Sed poſtquam alterius mulier
Nouit, depoſuit alter amicitiam.

TRIS PATEAT CAELI SPATIVM NON AMPLIVS VLNAS] Apud antiquos fuit altiſsimus puteus, in quẽ deſcendebant ad ſacra celebranda: cuius putei orbis, ideſt, ſummus circulus, quo cognoſcerent anni prouentus, non amplius quàm trium vlnarum habebat: cumque deſcendiſſent, non ampliorem caeli partem, quàm puteus habuit, poterant videre. vel ſpecus apud Aetnam in Sicilia anguſto ore, profundæ latitudine, per quem rapta Proſerpina à Dite patre. vel *caelum* pro toto mundo. Alij *caeli ſpatium* Clypeum Achillis dicunt trium vlnarum, in quo expreſſa caeli forma fuerat. Aliter. in Sicilia ianua ſpeluncae, in qua Orcus Liberam rapuit. Aliter. Dicit Cornificius ab ipſo Virgilio audiſſe, quòd Caelium Mantuanũ quendam tetigit, qui cõſumptis omnibus facultatibus, nihil ſibi reliquit, niſi locum trium vlnarum ad ſepulturam. Item Oledius Naſſo torificium, tantum caelum patere videtur, quantum torificium patet. Item Aſconius Paedianus ait, ſe audiſſe Virgilium dicentem in hoc loco ſe Grammaticis crucem fixiſſe, quaeſituros eos, ſi quid ſtudioſius occultaretur. dicit autem *poeta* caelum Mantuanum.

ECLOG. IV.

DEA NEC DIGNATA CVBILI EST] Pueris nobilibus editis, in atrio Iunonis Lucinae lectus ponitur Herculis menſura.

ECLOG. V.

EXTINCTVM NYMPHAE CRVDELI FVNERE DAPHNIN] Alij luctum Salonini, nonnulli Flacci fratris eius putant. Daphnis Mercurij filius paſtor eximiae formae fuiſſe dicitur. Hic dilectus à Nympha Lyca, fidem dedit nullius ſe mulieris alterius concubitu vſurum. ſed fefellit: ob quod orbatus eſt luminibus. quod licet carminibus & fiſtula ſolaretur, non tamen diu vixit.

ET LYCTIVS AEGON] *Lyctius* Cretenſis, à Lycto vrbe Cretae.

SOLLEMNIA VOTA] Caenarum tria genera: vnũ ſollẽmne, Aliud viaticum. vt ad caenã vocant, aduentum gratulantur. & Geniale quod Genio noſtro indulgentes, melius viuimus. vt idẽ Terent. *Quod vix demenſo ſuo ſuũ defrudans geniũ.*

ECLOG. VI.

SILENVM PVERI] Apte perſonã Sileni inducit diſputantem, quem choro Liberi patris magiſtrũ adhibent, qui choro modum adhibere poſsit. vnde & ilocaliter illi ferula attributa.

ECLOG. VII.

TIBI DELIA PARVVS] Vel puer, vel pauper, vt Horatius. *Parui properemus & ampli*.i. diuites.

LEVI DE MARMORE TOTA] Solent enim plerunq. caput, vel thoraca facere.

ECLOG. VIII.

SOLA SOPHOCLEO TVA CARMINA DIGNA CO-

THVRNO] Aſinium Pollionē intelligit Tragoediarum ſcriptorem, aut Varium, cuius extat Thyeſtes tragoedia, omnibus Tragicis praeferenda.

O DIGNO CONIVNCTA VIRO] In amatore tria requiruntur, vt formoſus ſit, vt diues, vt bene cantans.

NECTE TRIBVS NODIS] Metrum anapaeſticum in honorem Cupidinis dicitur conſecratum.

PARCITE AB VRBE VENIT] Non deſine dixit, quia qui deſinit, finem facit: qui parcit, ſuſpendit id quod agebat.

ECLOG. IX.

NEC DICERE CINNA DIGNA] Cinna Smyrnam ſcripſit, quam nonum poſt annum, vt Catullus ait, edidit. Id quod & Quintilianus ait. Vnde etiam Horatium in arte poetica dicunt ad eum alluſiſſe, cum ait. *Nonumq́ prematur in annum.* Fuit autem liber obſcurus adeo, vt & nonnulli eius aetatis Grammatici in eum ſcripſerint, magnamq́. ex eius enarratione ſint gloriam conſecuti. Quòd obſcurus fuerit, etiā Martialis oſtendit in illo verſu. *Iudice te melior Cinna Marone fuit.*

ECLOGA X.

TVA CVRA LYCORIS] ideſt, amor; vt, *Iamdudum ſaucia cura.* Haec autem Lycoris, Cythaeris appellata eſt.

IVNIVS PHILARGYRIVS IN GEORGICA VIRGILII.

LIB. I.

AT CHALYBES NVDI FERRVM] Gens in Ponto, quae ferrum reperiſſe dicitur. & NVDI, neceſsitate operis, vt, *nudus membra Pyracmon*.

MIRANTVR GARGARA MESSES] Eſt & alter ſenſus. Cum ea ſit anni temperies, vt hiems ſerena ſit, & ſolſtitium humidum, fructus optime proueniunt. & adeo haec eſſe agris neceſſaria, vt ſine his nec Myſiae quidem, nec Gargarorũ agriculturae feracitate laudabiles, reſponſurae ſint opinioni, quae de eis habetur. Eſt autem Myſia regio Aſiae circa Ciliciam, frugum ferax, quae, *nullo cultu tantum ſe iactat*, ideſt, gloriatur, quantum ſi veniat, *ſerena hiems*, & *ſolſtitium humidum*.

FALCE PREMES VMBRAS] Quia arbuſta ſeri ſolent. & PREMES, pro compeſces.

CELEI] Celeus rex Eleuſiniorum, apud quem Ceres hoſpitata dicitur filiam quaerens. Hic primus propter vſum ſerendi, quem à Cerere Triptolemus filius eius acceperat, excogitauit caniſtra, ciſtas, & his ſimilia.

ET MYSTICA VANNVS IACCHI] *Vannus* eſt vas viminenm latum, in quod propter capacitatem ruſtici congerere frugum primitias ſolent, & Libero ſacrum facere. Vnde MYSTICA dixit. eſt

autem vſus eius, vt fabam vannat.

In bvrim] *Buris* pars aratri curua, quae vt curuari poſsit, ante praeuritur.

Et vertenda manv] Ante vertenda manu, & ſic aequandā. *cum primis* autem, inter prima.

Fatiscat] *Fatiſcat*, ſoluatur. & pvlvere pro ſiccitate.

Indvet in florem] Cum flos induat nucem, ideſt, veſtiat: figuratè hoc dixit.

Pingves palea] Quidam legunt, *pingues paleae*: Sed verior lectio, *pingues palea*, ideſt, pingues culmos palea, non frumento.

Faces inspicat] *Inſpicat*, findit in modum ſpicarum, cui multae ſunt ariſtae.

Decoqvit hvmorem] Hic verſus longior eſt vna ſyllaba, ſed ſine vitio, quoniam ſequens à vocali incipit.

Balearis fvndae] Fundis nemo figit, ſed intra inſidias cogit, vbi incluſam feram iaculis petijt. ergo ὕστερον πρότερον eſt. *Baleares fundae*, quia apud inſulas Baleares fundarum vſus repertus eſt. & *inſulae Baleares* primò Gymneſiae dictae: poſt verò cum à Graecis occupatae ſunt, quia cum lapidibus fundae rotantes ſubmouerent aduerſarios, quas incolebant, παρὰ τὸ βάλλειν, *Baleares* appellant.

In viridi stipvla] *Stipulae* nomine pro culmo abutitur. *induceret arvis*, pro, ſegetibus.

Neqve avdit cvrrvs habenas] Notādum quòd poeta librum in comparatione finierit, antitheton tertia, vbi in vtraque voce ſit commutatio. Sic enim rectum ſit:

Fertur curru auriga, neque audiunt equi habenas.

LIB.

LIB. II.

IAM QVAE] *Iam* particula hic pro praeterea ponitur, & tẽpus ſignificat, vt *iam tempus agi res*.

ARDVA PALMA] Quia Hercules cùm ab inferis rediret, hanc primùs arborẽ dicitur contẽplatus eſſe, & ſe inde coronaſſe, cõueniẽte colore arboris illi euentui, quo è tenebris in lucẽ cõmeauit.

ET STERILES PLATANI MALOS GESSERE VALENTES] Alij legunt, & *ſteriles platani malos*, vt ſubintelligas, *inſerit*. Si ita legendum erit, in ſequenti ſenſu hypallage eſt, vt ſit, *valentes fagi geſſere caſtaneas*.

AVT RVRSVM] *Rurſum* non habet hic ſignificationem iterandi, ſed abundat.

PLANTAE] *Plantis* abutitur pro ſurculis.

CRVSTVMIIS] Pro Cruſtuminis.

SVNT ET AMINEAE] *Amineos* Ariſtoteles in Politicis hoc ſcribit, Theſſalos fuiſſe, qui ſuae regionis vites in Italiam tranſtulerint, atque illis inde nomen impoſitum.

MENSIS] *Menſis*, quae poſt inferuntur, per quod ſignificat & eſui & potui bona.

DIIS ACCEPTA SECVNDIS] *Dijs ſecundis* intelligit, hoc eſt, propitijs.

REFERT] Aut intereſt aut prodeſt.

LYBICI] Ipſe alibi, *Littus arenoſum Lybiae*, dixit.

GERIT] Pro habet, vt alibi, *Virginis os, habitumq́ gerens*.

AERA] *Aera arboris*, nunc pro cacumine: aut aerẽ eum dicit, qui circa cacumen eſt.

TRISTES SVCCOS] Auſteros, amaros.

TARDVMQVE] *Tardum*, grauem, aut diu palato immorantem.

OLEN-

OLENTIA] *Olentia* & ad animas eſt referendum, & ſubaudiendum male olentia. Sic Plautus in Milite glorioſo. *Tum in Apulis non ſum natus, non ſum animata.*

ANHELIS] *Anhelis* autem illis, qui anhelant, & deficiunt.

PANCHAIA] Regio Arabiae, vbi & templũ Triphyli Iouis. Ipſe alibi. *Panchaeis adoleſcunt ignibus arae.*

TAVRI] *Tauri* autem hi ſunt, quos ignem flantes Aeetae imperio Iaſon iunxit, vnguento vſus, quod ei Medea dederat.

SEGES HORRVIT] vt factum eſt in Colchide. & hic eſt hydrus, quem Cadmus in Boeotia occidiſſe fertur. cuius dentes ipſe partim ibidem ſeuit; partim Aeetes in Colchide, ex quibus vtrique ſeges armatorum hominum nata eſt.

HVMOR] Vinum à montibus Falernis, qui *Maſſici* dicuntur.

CLITVMNE] *Clitumnus* amnis eſt vmbriam à Tuſcia diuidens. ſignificat autẽ boues Meuanienſes, qui ſunt albi.

FLVMINE] Clitumnus & deus & lacus in finibus Spoletinorum, ex quo bibentia pecora alba fiũt.

TE LARI] *Larius* lacus in Gallia eſt Ciſalpina, non amplius centum viginti ſtadiorum circuitu patens. Benacus in eadem regione, mille & ducentorum.

ASSVRGENS] *Aſſurgens* hic pro, aſſurgentem. Pendet enim ex verbo *memorem*.

INDIGNATVM] Agrippa in ſecundo vitae ſuae dicit, excogitaſſe ſe, vt ex Lucrino lacu portum faceret. Verum huius gloria Auguſto ceſsit.

Indi-

Indignatum autem ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinum lacum mare immiſſum eſt, deinde terra effoſſa, contigit inter ipſum Lucrinum & Auernum, vt duo lacus miſcerentur. & tanta tempeſtas orta eſt, vt prodigij loco habita ſit, ac nuntiatum ſit ſimulacrum Auerni ſudaſſe. Propter quod Pontifices ibi piacularia ſacra fecerunt.

IVLIA] *Iulia vnda* ſignificat portum Puteolanum.

TYRRHENVSQVE FRETIS IM. AE. AVERNIS.] *Aeſtus Auerni* ideo dixit, quoniam per Lucrinum lacum mare Tyrrhenũ influit in Auernũ.

IVLIA] *Iulia vnda* per prolepſim poſitum eſt, vt loca prius laudet, quàm illum, qui ea fecit, vt laudes inueniant auctorem, ideſt, Auguſtum.

MALO] Pro labore. Sic etiam è contrario laborẽ pro malo ſolet ponere. vt ibi. *Ille dies primus letbi, primusq́; laborum cauſa fuit.*

VOLSCOSQVE VERVTOS] Quòd verutis pugnent.

GENTEMQVE SABELLAM] Hi ſunt autem qui olim Auſones dicebantur. de Sabellis Varro in Agemodo ſic ait: *Terra culturae cauſa attributa olim particulatim hominibus, vt Etruria Tuſcis, Samnium Sabellis.*

AVERTIS] *Auertis* & imbellem facis, aut *imbellem* victum iam nec bellantem. Ceterùm quid grande ſi imbellem auertis?

VLIGINE] *Vligo* dicitur naturalis terrae humor.

PINGVIS] Plautus in Aulularia: *Tibi dabitur pinguior tibicena, quae propter aſſidua ſacrificia pinguefcit.*

REDDIMVS] Quia debentur.

PANDIS] Cauis, vt ipſe alibi. *& pandas ratibus*

 poſue-

poſuere carinas.

SIN ARMENTA] Quare de armentis dicit, cum tertius liber ad pecudes diuiſus ſit? Soluitur ſic. Varietatis cauſa, ne vniformis narratio eſſet. *Nunc & armenta*. Non de his dicit, ſed de terra, quae vtilis ſit armentis. Ante enim poſuit quae nutriant, & ſic quae nutrit.

PINGVIS] Fertilis, quia regio eius herboſa eſt. Alij dicunt agrum, in quo condita eſt Tarentus, *Saturum* vocari.

ROREM] *Rorem* quem marinum vocant, dicit: & eſt humile virgultum, quod in exilibus agris naſcitur.

DVLCEM] Ordo eſt, *aeque dulcem*, hoc eſt, tam dulcem.

VESEVO] Campaniae mons Veſeuus.

ORA] Et hoc emendauit ipſe, qui *Nolam* poſuerat. Nam poſtea offenſus à Nolanis, qui eidē aquā negauerant, *ora* pro *Nola* poſuit.

SVPRA MOREM] Ordo eſt: Si requiras rara ſit, an ſupra morem denſa. & *ſupra morem* hic pro valde eſt poſitum, hoc eſt ſupra modum, ſupra iuſtum.

CAPIES OCVLIS] Ideſt eliges, vt, *Nunc terras ordine longo*.

SALSA] Hyperbaton, ideſt, *ſalſa tellus*.

TALE DABIT SPECIMEN] Specimē pro argumēto.

AD DIGITOS] Pro inter digitos.

NIGRAE] Ideſt frigidæ terræ argumēta demōſtrat.

ARVA SOLO] Senſus. optima arua ſunt, ſi putreſcit ſolū. & quia rem difficilem videbatur praecepiſſe, adiecit: *Et id venti curant gelidaeq́, pruinae*. Propter quod docuit nos; oportere vt ſoli-

bus

bus & pruinis coquatur. Ipſe alibi: *vt cui putre ſolum: namq́; hoc imitamur arando.*

DIGESTA FERATVR] Antiſtrophe, ideſt translata digeratur.

LABEFACTA] Nota figurã. mouendo labefaciẽs, aut mouens & labefaciens. *Ante locum ſimilem exquire.* Dicit in trãslatione arborum ſimilem terram eſſe requirendam &c.

AXI] Ideſt ſeptentrionali.

INDVLGE ORDINIBVS. Da ſpatia: NEC SECIVS: minus.

FASTIGIA] Infimas altitudines dixit.

SCROBIBVS] Pro humillima ſcrobe poſuit; vt, *Hic plãtas tenero abſcindẽs de corpore matrum, depoſcit ſulcis.* & rurſus. *Omnibus eſt labor impendendus, & omnes cogẽdae in ſulcum, ac multa mercede domandae.*

FLABRA] Producta prima ſyllaba legendum.

PLANTAS] Sagittas dicit, ideſt ſarmẽtum de ſumma parte praeciſum.

CORYLOS] Antipharmacon eſſe aiunt, quod infra manifeſtum facit dicẽdo: *In veribus torrebimus exta colurnis*, ſcilicet vt hoſtia nocens, eo virgulto coquatur. quod vitib. nocet.

RETVSO] Quare *retuſo*? ſoluitur. quoniam hebes ferrum vulnerat magis, quàm ſecat.

HOC VBI] Quidam diſtinguunt *hoc vbi non*. & erit ſenſus. vbi oleae in oleaſtrum inſitae non fuerint, etiã ſi incendio conflagrarint, exuſtae à trũco reuiuiſcent, & caeſae reuerti poſſunt, atq. ima ſimiles reuiuiſcere terra. Inſitae autẽ cum ſummè perierint, oleaſtri truncus remanet.

MOVERE] Non arari prohibet: neque enim hic de

aruis loquitur, ſed ſcrobes fieri vetat.

NEC SEMINE IACTO] Syllepſis per adſumptionem caſus. Nam ex ablatiuo, ideſt, ſemine, aſſumendus nominatiuus, hoc eſt, ſemen. & erit ſic. nec ſemine iacto patitur ſemen radicem terrae affigere.

CONCRETAM] Concreta verò vtrunque. *concreuerit* autem, commixtam dixit: & *iacto hic ſemine*, ideſt, depoſito.

ADEO] Abundat.

VTILE] Bis ſubaudiendum.

CORPORE] *Corpore* aut ſuo, aut terrae. ſic *terrae* pro corpori.

CERTIS] *Certis* pro his, neque alijs vllis.

LAXANT] Exprimere voluit naturam lactis animalium. Nam *laxant arua ſinu*, dicens, partum ſignificat: deinde ſtatim humorem ſuperare, quo alat foetus, intulit.

GRAMINA] Celſus ait *germina* reliquiſſe Virgiliũ. loquitur enim de omnium arborum fetu. Vnde malè quidam *gramina* legunt. An ideo non metuit, quia non ſurgunt: quod magis placet.

NEC METVIT] Quomodo non metuit, ſi ſurgunt? ſoluitur. Neque ſurgentes metuit; ſed ne ſurgant. Hoc dixit. non metuit, ne tempeſtate opprimatur.

INDVLGENTIA] Et nouè *indulgentia* dixit. Veteres enim indulgitatem dicebant. vt Coelius in VII. *Conſuetudine vxoris, indulgitate liberum*.

TERRAS] Ideſt fetus terrae.

INTER] Ideſt interueniret. Fuit autem prior lectio, *frigus que calorq;* vt Plautus: *Neque frigus neque calor metuo neque ventum neque grandinẽ*.

Aliter

Aliter hypermetrus verſus erit.

NON ALIOS PRIMA] Si creſcit, deficit. In quo videtur ſecutus Epicurum, qui ait: *Omniaq; orta occidunt, & aucta ſeneſcunt.* Varro autem in Satura quae ſcribitur de Salute. *Sic mundum haud natum eſſe, neque mori.* Plato autem non natum, aut mori. Metrodorus autem neque natum, neque mori. Zenon ex hoc mundo quamuis aliqua intereant, tamen ipſum perpetuò manere, quia inhaereant ei elementa, è quibus generantur materiae, vt dixit creſcere quidem, ſed ad interitum non peruenire, manentibus elementis, à quibus reualeſcant.

VER ILLVD ERAT] Quomodo dicunt homines diem feſtum agere magnum orbem, poteſt & zodiacum circulum dicere, qui faciat diuiſionẽ temporum, quod ſi eſt, *agebat,* pro circumagebat, accipiendum erit, orbis.

PARCEBANT] Hic *parcebant* pro abſtinebant.

FERREA] Quia creditum eſt primò homines è terra natos, à qua humo homines exiſtimabant dictos.

IMMISSAEQ.] Pro innatae. neque enim ab alio immiſſae ſunt.

AVT LAPIDEM BIBVLVM] *Lapidem* autem *bibulum* hic non lapidis epithetum eſt, ſed ex lapide beneficium, ideſt per quem terra humorẽ poſsit ad radices vitis admittere.

INFODE] Verbum *infode* venit ab eo quod eſt fodio fodis fodit. Vnde Plautus in Rudente. *Lutuoſus multo, multam terram confode.* & *infode conchas* circa radices ſcilicet.

SEMINIBVS] Iterum *ſeminibus* pro arboribus acci-

cipi oportet. &, SVPEREST, ſequens eſt.
IAMQ. REPERTI] &, *iam*, hic ꝓ ꝓpterea ponitur. & vtrum ſaxo & teſta? an illud ſenſit teſtam ca uam, ſuperiorem lapidem? hoc enim fit.
SATA] *Sata* autem dicit virgulta quae preſſeris. & hoc bis repetitum: nõ enim duo ſunt, ſed vnum iteratum. ac ſi diceret: hoc munimentum con tra imbres, & aeſtus.
TABVLATA] Nunc *tabulata* dicit diſpoſitionem ramorũ, per quos vitis vſque ad ſummum aſcen dit. & eſt relatio facta ad omnes, in quibus ex- tructiones ſingulae tabulata dicuntur.
STIRPIB.] Hic radicibus. Alij *ſtirpem* pro ipſa ma terie vitium poſitum volunt, vt idem alibi: *& ammorſo ſignata in ſtirpe cicatrix*.
SAEPES] Inſuper etiam pecus prohibendum.
PROSCENIA] *Proſcenium* proculdubio pulpitum dicit. VETERES LVDI, Dionyſia, antiquiſsimi enim, quos ruſtici confecta vindemia faciebãt.
INGENTES] Quidã legunt *ingenijs*, vt ſit, praemia poſuerunt ingenijs. Dabatur autem hircus prae- mij nomine. vnde hoc genus poematis tragoe- diam volunt dictam.
THESIDAE POSVERE] Ideo quia primi Athenieñſes Liberalia ſtatuerũt. *Theſidae* dicti à rege Theſeo.
COMPITA] Vt Relatio * placet, locus ex pluribus partibus in ſe, vel in eaſdem partes ex ſe via, atque itinere dirigens, ſiue is cum ara, ſiue ſine ara, ſiue ſub tecto, ſiue ſub diuo ſit, vbi pa- gani agreſtes buccina cõuocati, ſolent certa ini- re concilia. hinc & lares compitalicij, & feriae compitaliciae.
MOLLIA] *Mollia* hic pro mobilia. & videtur Vir-
gilius

gilius opinionem illorum ſequi, qui in honorem Liberi patris putant oſcilla ſuſpendi, quòd eius ſit pendulus fructus.

OSCILLA] *Oſcilla* autem dicta, ſiue quoniam capita, & ora hoſtiarum in ſummis perticis figebantur, ſiue quia hunc luſum Oſci dicũtur frequenter exercuiſſe, & per Italiam ſparſiſſe.

ERGO] *Ergo* veteres pro meritò dicebant. Hinc Plautus in Milite glorioſo. *Hiccine Achilles eſt, inquit mihi, immò eius frater. ergo mecaſtor pulcer eſt*. & erit ſenſus. Meritò, inquit, ſacra faciemus ei, cuius beneficio vineta proueniunt.

STABIT SACER] Improbant enim Aruſpices hoſtiam, quae admota altaribus, reluctatur.

LEVANDVM] Hic, putandum.

SERAS] Vetulas, aridas.

RELICTAM] *Relictam*, neglectam, non putatam.

PRIMVS] Per hoc intelligendum, primus puta. & inutiles palos ſub tecta referto, pro quibus nouos poſueris.

ANTES] Cato de re militari. *Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas*. ſunt autem extremae quadrarum partes.

EXPECTANT] ſubaudiendum, talis cultura. Ceterum & olíueta coluntur. & quod ait, *nec curuã expectent falcem*, extrinſecus ſubaudiendũ omni anno, quia & ipſa ex interuallo radi ſolent.

QVID MAIORA] Quomodo maiora, ſi ſalices plus ſunt humiles, quàm myricae? ſoluitur. Hic ſenſus eſt, & haec ſubdiſtinctio. Quid maiora ſequar? & tranſit etiam illa, quae putes eſſe contemnenda. multum poſſunt, & ſalices, & myricae, ſiue geneſtae prodeſſe.

VNDANTEM] Fluctuantem.
NARICEAE] Nariceae, vt hic: *Naricij poſuerunt moenia Locri.*
OBNOXIA] egentia.
ROTIS] Rotas ex ſolidis tabulis factas, tympana appellauit, & agricolae neceſſaria diſtinguunt.
BVXVM] Signum non arborẽ dixit. Quamuis Ennij exemplo, & arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim ſic in ſeptimo: *Longiq́, cupreſſi ſtant rectis folijs & amaro corpore buxum.*
PHOLVMQ.) Hic quaeſtio eſt, cur Pholum inter Centauros interfectum dicat; quem Hercules etiam hoſpitem habuerit, & nec dum infeſtauerit, ſed peremptis Centauris, cum ſagittas eius Pholus miraretur, vna earum ſupra pedem ipſius cecidit; & ei letalis fuit. Inter Lapithas autem, & Centauros bellum fuit propter Hippodamiam ſiue Deianiram, & cum ad rapiendam virginem inſolentes Centauri fuiſſent, à Lapithis ſunt attriti.
IVSTISSIMA TELLVS) *Iuſtiſſima tellus* quomodo, ſi alibi dicit: *Coeumq́, Iapetumq́, creat ſaeuumq́, Typhonem.* ſoluitur. Ideo *iuſtiſſima*, quia cum decimis reddit fructus, quod eſt magnae iuſtitiae.
INHIANT) *Inhiant*, mirantur, & ſubaudiendum ſalutantes.
DEFECTVS) Varios defectus ſecundum Epicurũ, qui ait, non vnam cauſam pronuntiandam, qua ſol deficere videtur, ſed varias. Poteſt enim fieri vt extinguatur, vt longius recedat, vt aliquod eum corpus abſcondat.
LVNAEQ. LABORES) *Lunae* autem *labores* dicit,
cum

cum demittit lumen.

SIDERA) Vtrum ea quae cum caelo feruntur infixa, an vaga, quae contraria caelo curſus conficiunt. An omnes caeli viae notae ſunt. A ſiniſtra auſtri, ſeptentriones à dextra. Quod vulgo dicunt, laborat luna. Hinc Varro in *Cyniſtore*: *Eclypſis quando fit, cur luna laboret. & ſi hoc ridicule credunt, dicant, quid laborant*.

PRIMVM) primum & ante omnia. vt, *Primus ibi ante omnes*.

SACRA) *Sacrum* dici volunt, quod ſit cum timore religioſum. *ſanctum*, quod cum amore.

TARDIS) *Tardis noctibus*, ideſt tardè venientibus, ideſt aeſtiuis.

HIBERNIS) Celſus Oceanum ſignificari ait, qui aeſtu ſuo diffidit terram inter Mauretaniam & Hiſpaniam. vt hoc ſit, *obicibus ruptis*. Cauſa autem breuium dierũ eſt, quòd ſigna hiemalia tranſuerſa oriantur, atque occidant. cauſa longorum dierum, quòd aeſtiua recta oriantur, & occidant.

STREPITVMQ. ACHERONTIS) Ideſt opinionem formidoloſam, quae vulgo ſit de Acheronte.

BACCHATA) Vbi bacchatae ſunt. & non haec optat, ſed talia.

QVI ME) *Qui*, pro, aliquis, & ſubaudiendum, Deus.

ISTRO) Anfidius Modeſtus legiſſe ſe affirmabat hunc morem eſſe Dacorum, vt cũ ad bella proficiſcerentur, non prius rem capeſſerent, quàm de Iſtro certum modum haurientes ore in modum ſacri vini, iurarent non ſe ad patriae ſedem regreſſuros, niſi hoſtibus caeſis. & idcirco Vir-

gilium

giliũ familiari ſibi hypallage vſum dixiſſe, *Iſtrũ coniuratum*, apud quem Daci coniurare conſueuerunt.

AVT DOLVIT) Non crudelem ruſticum inducit, qui inopis non miſereatur, ſed qui ſciens paupertatem malum non eſſe, pauperis non doleat ſortem, & ideo adiecit, *aut inuidit habenti*, quia non inuidet, ſciens diuitias bonas non eſſe.

FERREA IVRA) Quia veniam dare non norit.

TABVLARIA) Negotia publica, & rationes populi, quae in tabulis ſcribuntur, vnde tabularia dicta. VIDIT: expertus eſt, vt, *illic Aetnaeos vidit Cyclopas Vlyxes.*

HVNC PLAVSVS HIANTEM) Senſus. hic audet concionari, & in Roſtris conuentum populi, fauoremq́. miratur.

SICYONIA BACA) Quoniam oleum Sicyonium magno in pretio eſt. *Sicyon vrbs*, Peloponneſi. *trapetis* autẽ, molis lapideis, vbi oliua molitur.

COQVITVR) Familiaris eſt figura pro coquitur, vt miteſcat.

REQVIES) Nec requieſcit, nec interuallum eſt.

MERGITE) *Mergites* faſces culmorum ſpicas habentium, quas metentes brachijs ſiniſtris complectuntur. quidam cauos dicunt.

FESTOS) Non cum feſti venerint, ſed omnes dies, quaſi feſtos agit, ideſt laetos.

IGNIS VBI) In medio *vbi ignis*, & propriè *coronantur*, vſque ad coronam ſummam implẽtur.

ETRVRIA) Maximum enim imperiũ Etruſcorũ in Italia fuit, vt ait Liuius, ab Alpibus vſque ad fretum Siculum. Vnde totũ mare, quod à dextra Italici litoris eſt, Tyrrhenum dicitur. Hoc

Varro

Varro doctius diuidit in prouincias marinas.

HANC VITAM) Ideſt, aureum ſaeculum.

LIB. III.

CARMINA) Legitur, & *carmine*, & vt puto rectius. non enim dicit cetera carmina iam vulgata, ſed cetera omnia abſolutè, ideſt ceterae omnes res vulgatae.

BVSIRIDIS) *Buſiris* Aegypti rex omnibus annis Ioui hóſpites immolabat. Nam per octo annos ſterilitate Aegypto laborante, Pygmalion Cyprius finem futurum non ait, niſi ſanguine hoſpitis litatum fuiſſet. Primus autem Thyeſtes alienigena immolatus originem ſacrificio dedit. Alij ſic. *Buſiris* Neptuni filius rex Aegypti, qui cũ Ioui hoſpites ĩmolaret, pari exẽplo mactatus eſt ab Hercule, ipsũ quoq; auſus aris amouere.

AONIO) Boeotio, quod ibi primi Aones fuerunt.

IDVMAEI) Gens eſt Syriae. Quidam *Idumaeas palmas* ab Iduma, quae eſt vrbs Lydiae, palmarũ ferax, dictas volunt. Pleriq. Idumam Syriae, Iudaeae ciuitatem credunt.

MVSAS) Helicon mons eſt Muſis dicatus.

ET VIRIDI IN CAMPO) Hic eſt cãpus, de quo ait: *& qualem infelix amiſit Mantua campum.*

TENEBIT) Pro poſsidebit. *Compos voti* autem, pro laetus animi.

ALPHAEVM) *Alphaeus* fluuius Elidis. Eos autem ludos accipimus per Alpheum, qui olim Pythici dicebantur.

LINQVENS) Participium inſtantis pro praeterito.

LVDOSQ. MOLORCHI) Per *ludos Molorchi* accipimus eos, qui Nemei, vbi Molorchus rex, qui

Her-

Herculem ad Nemeum leonem tendentem recepit hoſpitio.

Tonsae) Compoſitum; vt Cicero: *Cum ſaltatrice tonſa.*

Gangaridvm) Ideſt, Indorum à Gange fluuio.

Colvmnas) *Columnas* dicit, quae in honorem Auguſti & Agrippae roſtratae cõſtitutae ſunt.

Rapta) Dicendo *rapta*, celeritatem victoriae oſtendit.

Vtroq. ab littore) *Vtroque* autem *ab litore*, ideſt Oceani orientalis, & occidentalis, vt ſit de Aegypto Cantabris, vel de India, & Britannia.

Ab iove) Ex Ioue & Electra Atlantis filia naſcitur Dardanus, ex quo Ericthronius, cuius Troius, cuius Aſſaracus, cuius Laomedon, & Capis, & Laomedontis Priamus, eius Hector & ceteri. At Capis, Anchiſes, cuius Aeneas, cuius Iulius, à quo Iulia gens ſtemmate deſcendit ad Caeſarem. Alij ſic per Aſſaracum Troianos dicit. Nam Aſſaracus auus Anchiſae. Ennius: *Aſſaraco natus Capis optimus, isq́; piũ ex ſe Anchiſen generat.* ergo Aſſaraci familia vſque ad Auguſtum peruenit.

Cynthivs) Apollo à Cyntho Deli monte. & vtrum, quia ex oraculo eius condita eſt Troia, an quia muros ipſe aedificauit, dictus Troiae auctor?

Citheron) Mons Boeotiae.

Taygetiq. canes) *Taygetus* mons Laconiae.

Epidavrvs) Ciuitas Peloponneſi, Aſclepio ſacrata.

Caesaris) Hic diſtingue, vt Aeneadas ſignificaſſe

caſſe videatur, quia vna Actiaca pugna Octauiani Caeſaris fuit.

TITHONI) Ab infinito infinitum, quia Thitoni origo non poteſt comprehendi. & ſatis in Caeſarem blandè.

TVRPE CAPVT) *Turpe* autem *caput* amplum, atque magnum, ac per hoc terribile.

CRVRVM TENVS) Hic autem *crurum tenus*, genitiuo ſuo appoſuit. alibi ablatiuo, vt, *pube tenus*. Modeſtus *tenus* pro fine accipit. Salluſtius: *Fine inguinum ingrediuntur mare*.

PALEARIA) Vnde & paleae, quae collum amplectuntur: & ea pars anuli, quae gemmam cohibet, propter ſimilitudinem palea dicitur. Cicero de officijs 3. *Cum paleam eius anuli ad palmam conuerteret, à nullo videbatur*.

CAMVRIS) *Camuri* boues ſunt qui conuerſa introrſus cornua habent, quibus contrarij patuli, qui cornua diuerſa habent. Laeui, quorum cornua terram ſpectant. his contrarij Licini, qui cornua ſurſum verſum reflexa habent.

ALBO) Diuiſè pro albis maculis. An potius abſolutè *albi* dixit, perinde ac ſi diceret, albitatem. vt eſt illud: *Sparſis etiam nunc pellibus albo*.

LVCINAM) *Lucina* dicta Iuno eo quòd lucem naſcentibus praeſtare dicatur. Sic Terentius: *Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro*.

PECVARIA) Non loca, ſed ipſa pecora dixit. vt alibi idem vſurpauit *aeſtiua*, pro pecoribus quae in aeſtiuis agunt. *Nec ſingula morbi corpora corripiunt, Sed tota aeſtiua repente*.

SORTIRE) Quaſi ſubſortire, & ſubijce. An potius pro elige & iunge, vt vxorē ſortiri dicimus.

ET

ET GILVO) Et *giluo ſpadi* & foenicius eſt, quales ſunt fructus palmarum, neque ſatis diluti coloris, neque nimium preſsi.

GLAVCIQ.) *Glaucus* autem coeruleus eſt color, id-eſt ſubuiridis albo mixtus, & quaſi clarus. Nam ille ſine dubio diſplicet, qui ex albo, & giluo cõſtat, vt ſit vnum albo & giluo. Alioqui repugnãt illi, Qui *candore niues anteiret, curſibus auras*, &, *bigis it Turnus in albis*.

AMYCLAEI) *Amycle* ciuitas Laconiae. Xanthũ autẽ dicit & Cyllarum equos, quos Neptunus Iunoni dedit: illa Caſtori & Polluci, vt poetae Graeculi fabulantur.

PERNIX) *Pernix* autem ad equum refertur. Nam tardiſsimus eſt Saturnus.

SATVRNVS) Saturnus cum Philyram Oceani filiã in Theſſalia adamaſſet, & cum ea coiret, aduentante vxore, ſe in equum, illam in equam conuertit: atque ita vterque opprobrium effugerunt. Hinc natus eſt Chiron centaurus. Quidam Philyram in florem conuerſam eſſe dicũt, vel in arborem, vnde liber Philyrinus, quo coronae illigantur.

SI QVANDO) Benè, *ſi quando*, quia ſenex rarò.

PRAELIA) Pro coitu dixit.

HINC ALIAS ARTES) *Artes* hìc virtutes, & *prolem parentum* nouè poſuit. eſt enim propriè liberarum. *vt*, *Geminam partu dabit Ilia prolem.*

EQVITEM) Hìc *equitem* ſine dubio equum dicit, maximè cum inferat, *inſultare ſolo*. Ennius aunalium VII. *Denique vi magna quadrupes eques atque elephanti, proiciunt ſeſe*.

SVB ARMIS) Ideſt inſident armato.

ERICH-

ERICHTONIVS) Varro in libro qui admirabilium inſcribitur, Erichthonium ait primum equos quattuor iunxiſſe ludis, qui Panathenaea appellantur. de hoc Erichthonio alibi ſatis dictum, qui anguinis pedibus fuiſſe memoratur.

PELETHRONII) *Pelethronios Lapithas* ideo appellauit, quia ſunt Theſſali. Pelethronium antrum eſt, vbi Achillen Chiron erudiuit. Alij Pelethronium regem Lapitharum volunt.

GYROSQ. DEDERE)pro docuere. aliter enim fraena dedere, & aliter gyros. & eſt ſyllempſis, cum aliquid aſſumitur, quod dictum ſupra non eſt.

AEQVVS VTERQ. LABOR) Durus vterque labor, & ſub iugum mittere, & ſub femur.

REFERAT) Non enim poteſt vnus equus duas patrias habere. &, *referat*, ſicut ibi poſitum: & *ſalis occultum referat in lacte ſaporem*. &, *qui te tantum ore referret*.

NEPTVNIQ.) Neptunus etiam parens quorundã equorũ fertur, vt Pegaſi ex Meduſa, & Arionis ex Cerere, cuius ſeminium Adraſtus habuit.

PINGVI) Abſolutè poſuit, vt eſt illud Lucretianum: *Hìc feſſae pecudes pingui*.

DIXERE MARITVM) Pro deſignauere. Cic. de Repub. ſic: *Dictatore L. Quinctio dicto*. ſed & Horatius. *Quem Venus arbitrum dicit bibendi*, pro deſignat.

BLANDO) Mirè *blandum laborem*, coitum dixit, quòd ſit cum voluptate.

IEIVNIA) Ieiunia, pro macie.

PRIMOS) *Primos concubitus*, anni redeuntis accipiendum: alioquin contrarius videbitur, cum infert. *Iam nota voluptas*. ergo primos poeticè

pro primum. Quidam notam voluptatem, non coitum, ſed deſiderium accipi volunt.

TVNSIS] Quae tunduntur. nō enim cum tunſae ſunt, ſed cum tunduntur. Ne grauiter tunſis, grauiter gemat. & *tuſis*, ſine, n, littera legendū.

NON ILLAS GRAVIB.] *Grauib.* aut epitheton eſt plauſtrorum, aut *grauib.* onuſtis dixit. Sed poetice, plauſtris iuga ducere, non iugis plauſtra.

INNARE RAPACES] Hoc dicit, innatant fluuios, ſed non rapaces. Nam infra ait, *ſaltibus* &c.

OESTRON GRAII VERTERE] Quomodo Graij vertere, cum omnia, quae latina ſunt, à Graeca ratione deſcendant. ſoluit quaeſtionē. Graeci cum myopem primo dixerint, diſplicuit nomen, quia proprium non erat. Oeſtrum dixerunt, hoc eſt, quia furiam oeſtrum vocant. Diuidit enim furia armenta, cum ab ea ſtimulātur. Latine verò hoc animal tabanus dicitur.

RVRSVS] *Rurſus* hìc pro contra ſignificat.

OBLIMET] Lucretius: ne *oblimet*, pro obturet, & obcludat. alibi, *oblimet*, temperet. Horatius. *Rem patris oblimare malum eſt vbicunque.*

SITIENS VENEREM] Quare *ſitiens*? ſoluit quaeſtionem. Alij dictum volunt *ſitiens* libidinis plenae.

IPSA AVTEM MACIE TENVAT ARMENTA] Vt: *Frondesq; negant: &, frondibus arcent.*

SALTIBVS] His *ſaltibus*. Aliter ſupra. *Nec ſaltus ſuperare viam ſit paſſus*. *vacuis* autem *ſaltibus*, ſine maritis dixit.

SAXEA PROCVBET] Noue *ſaxea vmbra*, quae ſaxis fiat, & *procubet*, protendatur.

FVRIT

FVRIT] Poeticè conuertit. Nam cũ furor boum ſit, aetherem ait furere.

SICCI] Quare ſicci, cum ripam dixerit? oſtendit hunc non eſſe fluuium, ſed riuum. vt alibi: *Et arentem Xanthi cognomine riuum*.

SILARI] Ordo. plurimum volitans circa lucos Silari, Alburnumque virentem ilicibus. volitans, abſolutè. *Silarus* & *Alburnus* in Lucania ſunt montes.

ASILO] Nigidius de animalibus. *Aſilus eſt muſca varia tabanus, bubus maximè nocens. Hic apud Graecos prius myops vocabatur, poſtea magnitudine incommodi oeſtrum appellarunt*. & hoc eſt quod ait, *oeſtrum Graij vertere vocantes*. Non de Latino in Graecum, ſed de Graeco in ſuam linguam, quae prior fuit.

IVVENCAE] Ionem dicit Inachi filium, quam in bouem cõuerſam oeſtro percuſsiſſe dicitur. Illa ſe in mare praecipitauit, quod Ionium vocauerunt: & Iſis dicitur, quaſi ſola Dea. Hoc enim Aegyptijs placet.

HABENDO] Id quod habetur. Lucilius in xxx. *Nonnunquam dabit ipſa aetas quod poſſit habendo*.

CETERA] *Cetera*, quae non inuruntur.

DVM MOBILIS AETAS] *Mobilis*, flexilis: & eſt duplex lectio. Poteſt enim & ſic legi: *Iuuenum dum mobilis aetas*.

IPSIS E TORQVIB. APTOS] *Aptos*, vnitos aut connexos. eſt enim apta iungi.

INDOMITAE] Vtrum dum quoſdam domas, interea indomitis haec praeſtabis, an antequàm domes, interea?

VESCAS] *Veſcas*, teneras & exiles. Nam *veſcum* apud antiquos ſignificabat macrum, & quaſi quod eſcam non reciperet. Afranius in Sororib. *Ah puer eſt veſcus, imbecillus viribus.* Sed vide ne *veſcas* appetibiles dixerit. Lucretius certè pro edace poſuit, vt, *veſco ſale ſaxa pereſa.*

FETAE] *Fetae* noſtro more. neque enim mulgeri niſi enixae poſſunt. Antiqui autem *fetum* pro grauido ſolent ponere, vt Varro Atacinus. *Feta feris Lybiae.* & ipſe Virg. *Scandit fatalis machina muros feta armis.*

MORE PATRVM] *More patrum* ſic intellige, vt dixerit mulgeri. Nec implebunt mulctralia more patrum, qui lac magis reſeruabant fetibus: alioquin accuſabitur ob auaritiam eorum, qui ſibi omne lac mulgebant. Legitur & *mulgaria*, vt Valgius ait. *Sed nos ante caſam tepidi mulgaria lactis, & ſinum vini ceſſamus ponere Bacchi.*

PRIMO] Non *primo vbere*, ſed iam *primo*, quaſi vnum lege. vt ſit. *Iam primo audeat depulſus ab vbere matris.*

INQ. VICEM] Celſus, *inq, vicem*, ſic intelligit, vt ſit nonnūquam ſine capiſtris. vel, vt ſit in vtraque parte ductus facilis.

ETIAM] Etiam pro adhuc.

SITQVE LABORANTI SIMILIS] Hoc eſt, non verè laboret, ne taedium capiat. Ac *per aperta volans*, currens.

ELEI CAMPI] Maximi ex omnibus, quòd ſint pedum ſeptingentorum, cùm alij minus.

BELGICA] *Belgica*, Gallica.

ESSEDA] *Eſſeda* autem vehiculi, vel currus genus, quo ſoliti ſunt pugnare Galli. Caeſar teſtis eſt

libro

libro ad Ciceronem III. *Multa millia, equitum atque eſſedariorum babet*. Hinc & gladiatores eſſedarij dicuntur, qui curru certant.

Molli] *Molli* autem mobili dixit, vt: *Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu*.

Lavit ater] Hoc ab illa declinatione deſcẽdit: lauo, lauis, lauit. Feruo, feruis, feruit.

Versaq.] *Verſa*, infeſta. Plautus in Caſina: *Neceſſe eſt verſis gladijs ſe pugnarier*, ideſt infeſtis.

Plagasq. svperbi) Sic poſitum, vt, *& vulnera tardus Vlixi*.

Pernix] Legunt & *pernox*. ſed *pernix* melius, id eſt pertinax.

Instrato saxa cvbili] Nota figura, nõ ſaxis.

Oblitvm] *Oblitum*, quaſi exercitationũ & viriũ, quem ſecuritas & amor corruperit, adeo vt nec crederet hoſtem eſſe rediturum.

Flvmina correptos] v.t.m. appellauit. & eſt ordo, flumina torquẽtia vnda correptos mõtes.

Ivvenis] Leandri nomen occultauit, quia cognita erat fabula.

Crvdeli fvnere virgo] Ita hic *virgo* queadmodum ibi de Paſiphae: *Ah virgo infelix*.

Glavcvs] *Glaucus* Siſyphi filius cum ad mimicũ certamen quadrigam duceret, adplicuit ad vicũ Boeotiæ, & equas potũ ad fontẽ ſacrũ ꝑ ignorãtiã duxit, vnde qui bibiſſent ĩ furorẽ agi ſolebãt. Itaq. illũ equae furore exagitãte in ipſo certamine curru effudiſſe, ac morſibus laniaſſe dicũtur.

Ascanivm] *Aſcanius* amnis eſt Myſiae, ſed quia in Aſia eſt.

Gargara] De Gargaris ſupra dictum: *& ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes*.

IN ZEPHYRVM] *In*, pro, contra.

EXCEPTANTQ.] Frequentatiuũ fecit ab excipiendo, hoc eſt crebro excipiunt.

ET SAEPE SINE VLLIS CONIVGIIS] Hoc etiam Varro.

HINC DEMVM] Ordo. Hinc virus lentũ ab inguine diſtillat, quod vero nomine Hippomanes dicũt paſtores. vero nomine quoniã Theocritus herbam dicit naſci in Arcadia, qua guſtata, equae in libidinem ardeſcunt. & Theophraſtus, carunculam in fronte equini pulli.

HIPPOMANES] *ἀπὸ τῆς ἵππου μανίας*, ideſt ab equae inſania defluens ex equarum inguinibus. quo tempore virus natum *ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου*.

SVETER] Ad pecora reſpicit, vt ſint ſtramenta, quibus incubent.

IN MOLLIB.] Nunc tepidis, vt dicimus, *mollis* hyemps.

DVM MOX] Celſus *dum mox* pro donec interpretatur. ſed vt puto, *mox*, abundat.

EXTREMO] Hic *extremum annum* ſub Aquarij ſidere collocat, vt quia primus naſcẽtis anni dies ab vrbe condita Kl. Martijs fuit, inde Februarius vltimus anni haberetur. Aquarium autem multi Ganymedem volunt.

HAE QVOQ.] Ideſt capellae. Legitur. & *haec*. Veteribus enim mos fuit, vt neutra femininis iungerentur. Vnde Terentius: *Tua nihil refert vtrum fecerit*. & in Eunucho: *Haec adornant, vt lauent*. nam integrum erat, hae quoque n.c. n.l.t. ſane &c.

LAETA. M. PRESSIS. M. FLVMINA MAMMIS]

Nota

Nota, *mamma* pecudum dici. legitur &, *vbera.*

VELLERA] *Vellera* autem à vellendo dicta.

VSVM] *Vſus* hic, vtilitas & fructus.

CINYPII) Gaetuli à Cinypho flumine Gaetuliae ideſt Lybiae. Tondent autem paſtores, vt ſit genitiuus ſingularis *Cinyfij hirci*.

CASTRORVM] In vſum caſtrorum, quòd inde *tomenta* fiant, itemque cilicia, quae Celſus ait retuliſſe Varronē, ideo ſic appellari, quod vſus eorum in Cilicia ortus ſit.

PASCVNTVR] Pro depaſcuntur.

MORTALIS] *Mortalis*, mortifera intelligenda.

QVO MINOR EST] Pro, quò minus eſt: vt ſit ſenſus. Quò minus eſt illis curae mortifera egeſtas, ſi diligens circa eas fueris, neceſsitas mortalitatis minor eſt.

NEC TOTA CLAVDES] Ideſt, praebebis tota bruma fenum.

RVMPENT] *Rumpent*, complebunt. vt, *Illius immenſae ruperunt horrea meſſes*. aut, in conſuetudine eſt, *rumpunt*, ſiue vehementer clamant. & *exallacmenos* dixit, & arbuſta rumpent cantu ſuo.

TENVES] Ideſt paruas, cui contrarium illud, & *pingui flumine Nilus*.

OMNIA] *Omnia ſecum armentarius Afer agit tectumq́, laremq́*, quomodo tectum & larem baiulat paſtor? ſoluitur. *tectum* dicit tentorium, vnde tectū faciat. nunc *larem*, deos dicit Penates, ideſt ignem, vnde focum faciat.

MAPALIA TECTIS] *Mapalia* caſae Maurorum, qui in eremo habitare dicuntur. ſicut illud Lucani: *Surgere congeſto non culta mapalia culmo*.

RARIS) *Raris*, quia non iunguntur, & diſtantib. locis ſiunt.
ARMAQVE) Reprehenditur hic, quòd Gaetulis ſagittas, non lanceas dederit.
AMYCLAEVMQ.) *Amyclaeum* non Laconicum, ſed pro bono cane accipiendum. item *Creſſamq; pharetram*, pro, bonam.
ANTE EXPECTATVM) Ideſt ante expectationem, & prius quam expectaretur, & ante quàm putetur venire potuiſſe.
HOSTI) *Hoſti ſtat*, figuratè, pro contra hoſtẽ ſtat.
REDIT) Nam addita praepoſitione, vt ſolet, pro, it, redit, quòd ibi flectatur in ſinum, & quaſi redire videatur. Hinc annotandum vetuſtè *axem* pro ſeptentrione poſitum.
STIRIAQVE) Stillicidium congelatum, *Stiriam* dicit.
AERE) *Toto aere*, ideſt, à terris ad caelum.
TRIONI) Ideſt ſeptentrioni ſubiecta & Hyperboreo, propterea quia regio, quae ſeptentrioni ſubiacet, Hyperborea vocatur, ab eo quòd flatus Boreae excedat.
EVRO) *Euro* pro vento accipere debemus.
RIPHAEO) *Riphaei montes* ſunt in eodem tractu.
LAPPAEQ.) Quia laeta paſcua, ſolocem lanam faciant, hoc eſt minutam, duram, atque hirſutã.
CONTINVOQ.) *Continuò*, pro perpetuò. ſemper enim hoc fieri debet.
FEFELLIT) Cepit, & fefellit. & bene *ſi credere dignum eſt*, quia dicturus erat impia in Deam. fabula ſic eſt. Pan cum Lunae amore flagraret, vt illi formoſus videretur, niueis velleribus ſe circundedit, atque ita eam ad rem Veneream

illexit. Huius opinionis auctor eſt Nicander. nec poterat eſſe niſi Graecus.

CYTHISVS] Arbor à Cythiſo inſula, vbi multa naſcitur, dicta.

LOTOSQ.] *Lotos* arbor piro ſimilis, vtraque pecoribona.

EXCRETOS] Ideſt ſeparatos, aut qui excreuerint, ideſt valde creuerint.

HIBERI] *Hiberi gens* in Ponto: ſed magis de Hiſpanis intelligendum, quorum in latrocinijs fama praeponderat.

EST ETIAM] Ordo: Ille etiam eſt malus anguis, & conuoluere ſolitus. Haec autem ſigna ſunt, quibus intelligatur qualis ſit hic anguis.

RVMPVNTVR] Vt ſupra, implentur, aut pro erumpunt.

IMPROBVS] Hic, auidus.

INGLVVIEM] Varro ad Ciceronem in lib. 23. *Ingluuies, inquit, ſunt tori circa gulam, qui propter pinguedinem fiunt, atque interiectas habent rugas.* Sed nunc pro gula poſitum.

VEPRES] *Vepres* in maſculino genere. At Lucretius feminino dixit, *vt, Illorum ſpolijs vepres volitantibus auctas.*

VNGVINE] Omnis ſuccus, quo vngi poteſt, *vnguen* dicitur.

SVLTAMQVE] Genus herbae, quod in limitibus agrorum ponitur in Africa.

HELLEBOROSQ.] Herba quae & radicla dicitur, quae animalibus prodeſt.

AD VVLNERA] Bene *ad vulnera*, pro, ad facienda vulnera.

BISALTAE] Gens Thraciae.

CVM FVGIT] *Fugit* nõ hoſtem, ſed quia viuit ſic, vt mutet locos.

AESTIVA] Ipſum gregem in aeſtiuis morantem.

INCAVTVM] Quod ſibi praecauere non poſsit, vt eſt apud Salluſtium: *Repente incautos agros inuaſit*, ideſt, quibus praecautum ſecurum non eſt. Vt eſt: *Incautum, patriasq̃, obtruncat ad aras*.

NORICA] Ideſt Gallica, & dicendo aerias, verbũ è verbo expreſsit. Nam Gallorum lingua altimontes, alpes vocantur.

ABDVXERAT] Pro contraxerat.

RVRSVS. Hic *Rurſus* poſitum pro contra, vt ſupra. *Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrum incipit*.

AERIAS] Morbo caeli, quia corruptus aer, morbi cauſa eſt, vt ipſe: *corrupto caeli tractu*.

TAEO] Abutitur pro peſtilentia.

CVNCTANTES] Dubitãtes ſacerdotes, animal quod ad ſacrificium ducebatur.

IEIVNA SANIE] *Ieiuna ſanie*, ſicca & exigua.

HERBAE] Pro herbarum, vt ipſe: *Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca*. & rurſum. *carpit enim vires paulatim, vritq̃, videndo femina, nec nemorum patitur meminiſſe nec herbae*. ergo hic, vel amore, vel miraculo carminis obliuionem herbae factum dicit; ita illi occupatione morbi. quidam volunt ideo dictum, *ſtudiorũ atque immemor herbae*, quod antiqui in pratis certamina exhibere cõſueuerunt. Reliqua Grãmatici legunt.

TENDVNT] Pro tenduntur: aut tendunt ſe, aut equi tendunt.

Errorémq.) *Errorem* hic pro furore poſuit.
Nudis) Vt foeditatem exprimeret, adiecit, *nudis*.
Tristis arator) Morte iuuenci *triſtem* dixit agricolam.
Electro) Quod à nobis ſuccinum appellatur, *electrum* vocant Graeci.
Vrget inertes) Ideſt vrget, & inertes facit.
Somnos) Manifeſtum eſt à Cydippe Argiuae Iunonis ſacerdote hoc tractum, quae cum boues deeſſent, filios ſuos Cleobin & Bitonem plauſtro ſubiunxit, & ſic ad tẽplum deducta eſt, q̃ fas non erat illam venire ſine plauſtro. Nam apparet ad ſacra Iunonis boues in illis regionibus defuiſſe, in quibus peſtilentiã fuiſſe demõſtrat.
Imparibus) *Imparibus* autem, non ſimile iugum ferentibus, cum alter maior eſſet, alter minor.
Refert) Prodeſt.
Chiron) Moraliter. quoniam mali homines aut ad medicos aut ad diuinos confugiunt, vt aut ope humana, aut diuina adiuuentur: Ideo Chironem pro medico, Melampodem pro diuino poſuit. Alij hunc expiationes ſcientem dicunt. Chiron autẽ Saturni & Philyrae filius fuit, adeò medicinae peritus, vt etiam Aeſculapium docuiſſe dicatur.
Pallida tisiphone) *Tiſiphonem* hic, non vnã Furiarum debemus accipere, ſed peſtilentiam, cui eleganter poeta hoc nomen dedit.
Agit ante) ideſt ante ſe.

Lib. IIII.

Caelestia dona) Siue quòd Iuppiter melle nutritus ſit in inſula Creta, ſiue quòd in aere cõcipiatur. Nam, vt ait Cornelius Celſus, apes ex

floribus

floribus ceras faciunt, ex rore matutino mel.

LAEVA) Laeua hic in bono poſuit. vt, *intonuit laeuum*. alibi autem in malo ponit, cum dicit:

Saepe malũ hoc nobis, ſi mens non laeua fuiſſet,
De caelo tactas memini praedicere quercus.

VOCATVS) Pro inuocatus: vel quia poetae in tutela eius ſunt; vel quia pater eſt Ariſtaei, qui primus inuenit, vnde apes fieri poſſent.

SEDES) κατὰ τὸ αὐτὸ. *ſedes ſtatioq́; petenda*. intelligendũ etiam, ſi aliud à ſedendo, aliud à ſtando dicitur.

MEROPESQVE) *Meropes* ruſtici barbatos appellãt. & *aliae*, ideſt, caeterae.

IMMITIBVS) *Immitibus nidis* temporale epithetũ eſt: ideo enim *immitibus*, quia apibus veſcãtur.

ADSINT) Praeſentes ſint.

VT CVM PRIMA) *Prima* hic, pro primum: nomen pro aduerbio.

IN MEDIVM) *In medium*, non ad humorem retulit, ſed abſolute dixit. & *inertem* hic pro odioſo poſuit, vt in Bucolicis. *Libertas quae ſera tamen reſpexit inertem*: quae vox ponitur & pro ignauo. *Spumãtemq́; dari pecori inter inertia votis optat aprum*: & pro eo quod ſine arte fit: vt apud Lucilium in XIII. *vt perhibetur iners, ars in quo non eſt vlla.*

IRRIGVVMQ.) Qui irrigat, aliàs qui irrigatur.

FVCOQVE) *Fucus* eſt genus cerae, qua pro glutine abutuntur. Graeci propolim vocant. Alij ſic. A *fuco* pro medicamento poſuit, Plautus in Penulo: *Vitia corporis fuco occulunt*: Sed vide ne de galbano dicat, quod ſeparatim ſolẽt praeparare, propter remedia quibus aduerſus animalia vtũtur

tur

tur ſibi infeſta. Vnde ipſe alibi aduerſus colubros hoc dicit adhiberi.

Oras) *Oras* autem aluealiorum.

Glvten) Hic *gluten*. Salluſtius autem, *hic glutino adoleſcebat*.

Mvnera) *Munera*, vtrum officia, an quod illis munera conferas, & alueos earum communias.

Lentivs) Tenacius.

Propivs) Vt propius ſtabulis armenta tenerent. & alibi: *Vota metu duplicant matres, propiusq; pericli hic amor.*

Odor coeni gravis) Ordo eſt, odor grauis, quia & leuis dicitur, vt Salluſtius: *Apud Cordue nos amo mum, & alij leues odores gignuntur.*

Imago) Quae Graece Echo, Latine *imago* dicit. Cic. Tuſc. 3. *reſonat tanquam imago*. hic autẽ ſonus facit eas fugere.

Libant) Deguſtant; alibi, defundunt vt, *pateras libate Ioui.*

Egit) Pro perſequitur.

Nare) Pro volare. vt Ennius in primo: *Tranſnauit cita per teneras caliginis auras*. Proprietas tamen vocis aptior eſt natantibus, quàm volantibus.

Melisphylla) *Meliſphylla* herba eſt, quã vt ait Varro, alij apiaſtrum, alij melinem appellat.

Cerinthe) *Cerinthe* à Cerintho vrbe Boeotiae, in qua plurima naſcitur.

Ignobile) *Ignobile* autem non omnibus notum: *ignobile gramen*, vile, vbiq. naſcens.

Dictaeo) Sed & hoc poeticum eſt.

Sin avtem ad pvgnam exierint) Lõgior ſolito parentheſis. eſt enim ordo, ſin autem ad

pugnam

pugnam exierint, motus animorum, atque haec certamina tanta, pulueris exigui iačtu compreſſa quieſcent.

Corvscant] ſplendent.

Svdvm] *Sudum* eſt ſerenum ſubhumidum. propriè autem *ſudum* pars ſerena inter nubes quaſi ſemiudum.

Ambos] Legitur & *ambo*. Reuocare autem apes vel lacte vel aqua mulſa Plinius dicit.

Vacva) Hic ad aemulum refertur, vt, *Sola domo moeret vacua,* in qua maritus non erat.

Deteriore) Modo quare deterior, ſi ille ſeruatur, qui malus eſt? ſoluitur. deterior minus bonus, vt, *Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.*

Lita) Ordo eſt. ardentes auro corpora, & paribus guttis lita.

Caeli) Vt, *caeli menſes & ſidera ſerua.* & inde: *vbi quarta ſitim caeli collegerit hora.*

Croceis) Ipſe alibi: *fertisq́ recentibus alant*, id eſt olent.

Cvstos fvrvm) Hic *cuſtos* pro obſeruator & prohibitor. & alibi: *Hortorum cuſtos cum falce ſaligna, &c.*

Imbres) Quomodo imbres irriget, cū terra aqua irrigetur? ſoluitur. bene dixit. Irrigat enim qui mittit, & cui mittit. alibi: *At Venus Aſcanio placidam per membra quietem irrigat.*

Hellespontiaci) Quoniam in Lampſaco ciuitate Helleſponti nutritus eſt. Hūc Liberi & Veneris filium, hortis, & vineis cuſtodē datū aiūt.

Ipse) *Ipſe thymum pinosq́ ferens.* legitur &, *tinos.* eſt autem laurus ſilueſtris caerulea baca.

Irri-

IRRIGET) Irrigare ergo duobus modis dicimus vt, *irriguo nihil eſt elutius* horto. & *irriguumq́, bibant violaria fontem*.

AVT FLEXI) *Flexi* pro flexibilis.

VIMEN) *Vimen* pro caule poſitum.

PAESTVM) *Paeſtum* ciuitas Lucaniae. Haec ciuitas Poſidonia dicitur: & eſt in agro Sallentino, colonia Tarentinorum.

OEBALIAE) *Oebaliam* arcem Tarentinam dicit à Lacedaemonio Oebalo, longè petito *epitheto*, quia Lacedaemonij duce Phalanto Tarentum condiderunt.

CORYCIVM) *Corycium*, Cilicium à monte & ciuitate Ciliciae Coryco. Alij *Coryciũ* non natione ſed peritia, quòd haec gens ſtudioſè hortos colat: & ſic dictum eſt, vt *Arcades ambo*.

OPPORTVNA SEGES) *Seges* pro terra.

RARVM) Pro praecipuo & ſummo.

VESCVM) *Veſcum* tria ſignificat, minutum, edule, multum.

CARPERE POMA) Pro carpebat, infinitum pro indicatiuo.

FETVS) Non ſic dixit quaſi pariãtur, ſed quaſi ſtudioſè examinare parantibus.

ILLI TILIAE) Subaudiendum abundare. Ipſius autem manu, duplex fuit ſcriptura, *tinus*, & *pinus*. *vberrima* hic pro plurima. fructum enim tinus nullum fert, ſed multa ſemina facit.

DISTVLIT) In diuerſum locum tulit, quaſi diſpoſuit. & *feras* hic, vetulas & magnas. Salluſtius *in duo. ferum bellũ in anguſtijs fore*, pro, magnũ.

EDVRAM) E praepoſitio adimit ſignificationem, & adijcit) Hic ergo *eduram*, nimiũ duram &c.

VICTV

VICTV) Ideſt victui, vt, *victui inuigilant pueri.*
DIVISIT) Nam ordo eſt. inuicemq. *& aquas* hic, pluuias.
FVCOS) *Fucus* eſt ſimilis apibus, eò quòd ſit apib. nocens, quòd cum ipſe nihil gignat, aliena conſumit. Plin. in lib. hiſtoriae naturalis, quaſi imperfectas apes dicit, & habere aculeum negat.
PECVS) *Pecus* autem vetuſtè, quia omnia animalia pecora dicebant.
FERVET OPVS) Iuxta declinationem ſaepe dictam, feruo feruis feruit. Hinc eſt, *feruere Leucatem.*
FLAGRANTIA) Ideſt redolentia, aut *thymo flagrantia.*
FVLMINA) *Fulmina properant* vetuſtè ait, vt Plautus, *Properant prandium.* & Ennius: *Feſtinant diem.*
TAVRINIS FOLLIB.) Plautus. *Quam folles taurini habent, cum liqueſcunt petrae ferrum vbi fit.*
FORCIPE) compoſitum nomen ex formo & capiendum. *Formum* enim veteres calidum dixerunt.
INNATVS) Ideſt inſitus. Ideo autem Athenienſes, quod illic mel optimum gignitur.
CECROPIAS) *Cecropias* hic Atticas, quia Cecrops in Attica regnauit.
QVAMQ. SVO) Rectè vt labore ſuo quaerant, non aliena diripiant.
MVSSANT) Hic murmurant, quae vox ponitur & in tacendi ſignificatione, vt apud Ennium in XVII. *Non poſſunt muſſare boni, qui factam labore enixi militiam peperere.* Interdum & pro dubitare, vt, *muſſat rex ipſe Latinus, quos generos vocet.*

vocet. *Muſſant* autem, murmurant. Ennius in x. ſic ait. *Aſpectabat virtutem legionis, ſiue ſpectans ſi muſſaret, dubitaretq́; deniq́; cauſa pugnandi fieret, aut duri labores.*

FERRVGINEOS) Caeruleos dicit. Ipſe enim dixerat. *Sunt & vaccinia nigra.* qui enim Graecè hyacinthus, latine vaccinium dicitur.

FOVIS) Apes, vt Plinius ait, gallinarum more incubant, & vermiculos creant. Sed rectius videtur, & ne hoc quidem ſciant, ſicut concubitus neſciunt.

CONCVBITV) Datiuus caſus eſt, vt ſupra, *victu inuigilant.*

QVIRITES) Audaciter *Quirites*, cum propriè Romani ſint.

REFIGVNT) Ideſt ſufficiunt, vt *ſuffectus* dicitur *magiſtratus.*

PARTHORVM) His autem gentib. ait Salluſtius, adeò ingenita eſt ſanctitas religionis: quas gentes tamen apes dicit amore circa regem ſuperare Virgilius.

IMMORTALE) Ideo *immortale genus.* & alibi. AT, poteſt abundare coniunctio, eſt enim ordo. ergo ipſas quãuis anguſtus terminus qui excipiat, genus immortale manet.

HYDASPES) Apud omnes ſatis conſtat *Hydaſpen* flumen Indiae eſſe, non Mediae. ſed poteſt videri poeta Hydaſpen Medum dixiſſe, iure belli, quòd Medi duce Alexandro, vicerint Porum Indorum regem, & in ſuam redegerint poteſtatem. Oritur autem Hydaſpes ex Caucaſo, & miſcetur Indo.

SECVTI) Pythagorae ſectã verſat, quã & Stoici ſe-

quun-

quuntur. & quidam accuſant, quòd cum ſit Epicurus, alienam ſectam vſurpare videtur. ſed ego puto ſimpliciter referri ſententias philoſophorum. Neque enim ſtatim Epicurus debet videri, ſi libertate poetica ait. *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope ſtudijs florentem*.

PECVDES) More ſuo *pecudes & armenta* diuiſit, vt alibi: *Quae cura boum, qui cultus habendo ſit pecori*.

VITAS) Ideſt animas.

HVC REDDI) *Huc*, ideſt, vnde ſumptae ſunt animae.

OMNIA) Per omnes.

NEC MORTI) *Nec morti* eſſe locum, pro, nec mori.

SIDERIS) *Sideris*, pro, ſiderum.

IN NVMERVM) *In numerum*, ideſt in modum. Et *alto ſuccedere caelo*, vt ipſa ſidera.

SEDEM) *Aliter ſedem relines*, aliter mella. & vtrũ relines theſauros, an relines ſeruata in theſauris, ideſt aluearia?

FVMOSQ. MANV) Quia odores malos oderunt: Ideo, *prius hauſtus ſparſus aquarum*.

ORE FAVE) Cum religione ac ſilentio accede. in XVI Ennius. *Hic inſidiantes vigilant, partim requieſcunt tecti gladijs ſub ſcutis ore fauentes*. ponitur eadem vox & pro velle apud Ennium in XIII. *Matronae melos complent ſpectare fauentes*, ideſt volentes.

FETVS) *Flores* emendatum fuit. & bene grauidos flores, quòd ex his omnia generant.

DVRAM) Ideſt grauem.

PAR-

PARCES] Ideſt parces alimento illius futuro.

IMPARIBVS] Quia validiores ſunt, quàm ſint apes.

IMMVNIS] *Immunis*, vitioſus, piger: & qui munere non fungitur.

INVISA] *Inuiſam Mineruae* ex illa fabula dixit, quia videtur Aranea quondam virgo Mineruam lanificij ſubtilitate prouocaſſe, à qua victa, conuerſa eſt in hoc genus animalis, quod aranea texit.

HORREA] Spatia aluea riorum.

VITA TVLIT] Longa parentheſis vſque ad illum verſum: *Hic iam Galbaneos ſuadebo incendere odores.*

INTVS CLAVSIS] Vt in luctu homines ſolent.

CANALIBVS] Varro Diuinarum lib. VI. *canales eas deſpeſcit.* Tēpla faeminino genere *canales* dixit.

DE CESPITE] Non de terra, ſed de radice.

MELLAE] *Mella* amnis in Gallia Ciſalpina, vicinus Brixiae, oritur ex monte Brenno.

MAGISTRI] Ariſteum dicit Apollinis & Cyrenes filium, qui primus inuenit, quemadmodum apes poſsint reparari.

TVLERIT] Pro genuerit, vt alibi: *Si duo praeterea tales Idaea tuliſſet terra viros.*

PELLAEI] *Pellaei Canopi* ideo dixit, quoniam Macedones Alexandriam cōdidere. eſt autem Macedoniae ciuitas Pella, patria Alexandri, à quo dicta Alexandria eſt. à qua vrbe XII. millia paſſibus diſtnas vicus eſt, canopus à canopo Menelai gubernatore ita appellatus. Longo autem epithetho *Pellai canopi* ſic vſus eſt, vt alibi: *Tyrios & Agenoris vrbem*, & *Aſſaraci domum*,

Romam.

VSQ. COLORATIS) Terentius: *Ex Aethiopia vſque haec eſt*. Salluſtius item: *Quem trans ſtagnum omnis vſque ad flumen*. hic ergo vſque, è loco eſt, non in loco, vt ipſe: *Italiã longè proſpexit ab vſque Pachyno.*

QVATTVOR) *Quattuor* eos accipiẽdũ, quos Homerus notauit Eurum, Zephyrum, Boream, Notum. omnes autẽ venti praeter enchorios, ideſt, regionales, ſunt duodecim, Subſolanus, Eurus, Foenix, Notus, Libonotus, Zephyrus, Argeſtes, Thracias, Aparctias, Boreas, Circius.

FRAGMENTA) Ideſt, poſteaquam ſubiecerunt ramea fragmenta.

EXTVDIT) Ideſt, vnde ſagacitas hominum hos ingreſſus cepit.

LEVES INEVNT) *Leues* nunc ad armaturam.

PENEIA TEMPE) Quia per ea Peneus fluuius.

EXTREMI) Extremum caput ſic dixit, vt, Tu *ſanguinis vltimus auctor*, ideſt primus.

RELINQVO) *Relinquo*, pro amitto.

ET TANDEM) Ideſt tandem virginitate depoſita.

HYALI) *Hyali*, pro hyalino.

SATVRO) Ideſt vineo colore, & Saturo ebrio, ac per hoc preſſo colore, vt in conſuetudine dicimus, *meracius ſatura, quae purius & meracius lucet*. alibi. *Saturo*, Tarentino, quia ibi ager Saturus ſit, dicitur. Ipſe alibi. *& Saturi petita longinqua Tarenti*. & non placet, vt aquatiles lanificae Tarentinum purpuram carpant.

VITREISQ. SEDILIB·) Ergo vellera, ſimilia eſſe debent, vbi perlucidus & caeruleus eſt color.

DIVERSA LOCIS) Pro diuerſis locis.

PHA-

PHASIMQ.) *Phaſis* amnis in Colchide.

LYCVMQ.) *Lycus* in Syria.

ENIPEVS) *Enipeus* in Theſſalia.

SAXOSVMQ. SONANS) Aliàs, *Saxoſusq́, ſonans*, nõ vt duo intelligendum, ſaxoſus & ſonans, ſed ob ſaxa ſonans.

HYPANIS) *Hypanis* Scythiae amnis.

CAYCVS) *Caicus* Myſiae.

ERIDANVS) Galliæ Ciſalpinæ, qui & Padus dicit.

PVRPVREVM) altum, & per hoc nigrum tropicè, legitur &, *influit*.

SERVANT) Pro incolunt, & optinent: vt ipſe alibi: *Seruantem ripas alta non vidit in herba.*

INANES) *Inanes* pro leuibus, & quibus ſuccurri poſſet.

MANTILIA) Huius ſingulare *Mantelum*. Plautus in Captiuis. *Nec hi Sycophantes, nec fucis vllum mantelum obuiam eſt*. Lucilius autem *mantela* dicit mappas: *Mantela, merumq́*.

ADOLESCVNT) Hic vim habet frequentationis; *& Panchacis adoleſcunt*, ideſt Panchaicis odoribus incenduntur arae.

BACCHI) Quae Baccho, ideſt, vino impleri ſolent, ceterum Nymphis libari vino Pontifices negãt, & ſanè mox interdictum euidenter apparuit, cum ait. *Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtam*.

MAEONIA) Quae nunc Lydia, olim *Maeonia* vocabatur. In hac regione mons eſt Tmolus ferax boni vini.

LIBEMVS) Sacrificemus.

SORORES) *Sorores*, aut inter ſe, aut ſuas.

OCEANVMQ.) Secundũ Phyſicos dixit, qui aiunt

omnium rerum elementum aquam eſſe: in quibus Thales primus.

VESTAM) Pro igni; & videtur ſuperius de aqua ſenſiſſe, non de vino.

CARPATHIO) Aegyptio. *Carpathos* enim inſula eſt Aegypti. vel vt Pompeius dicit, inſula Rhodiorum. Alij ſic. *Carpathium* mare inter Rhodũ & Alexandriam, quod abeſſe dicitur à Carpatho inſula, vt Lucillius.

Carpathium mare trãſuectus, caenabis Rhodi.

PISCIBVS) Eoſdem & piſces & equos dicit.

TVRPES) Hic truces, vt, *Cui turpe caput.* vel potius, enormes.

PALLENEN) Hoc ideo dixit, quia Proteus antequam in Aegyptum commigraret, Thraciae fuit incola, vbi habuit vxorem Coronem; filios, Telegonum, & Polygonum: qui cum aduenas luctari ſecum adigerent, & excruciarent, ad poſtremum victi & interempti ab Hercule, animum patris perculerunt. Quapropter cum taedio praeſentium rerum, vellet ſolum vertere, Neptunus illic ſuper mare ſpecum fecit, per quam in Aegyptum commeaſſe dicitur. Pallene autem eſt Cherſoneſus in Thracia, cuius in faucibus Corone eſt oppidum, ab vxore Protei cognominatum.

EMATHIAE) *Emathiae*, ideſt Macedoniae propterea meminit hoc loco, quia contermina eſt Thraciae. Alij ſic: Pallene inſula ſecũdũ Thermodontem, dicta à Palla Sithonis filia, quae nunc Cherſoneſus vocatur; hac Proteus quondam propter Buſiridis crudelitatem relicta, Aegyptum petijt.

PRAE-

PRAECEPTA) Reſponſa.

GRANDAEVVS NEREVS) *Nereus* Pōti & Terrae filius, deus maris: Huius & Doridos filiae Nereides.

SE RECIPIT) Proteum dicit.

FRANGENTVR INANES) *Circū haec*, ſecūdum haec, ideſt cum quis caruerit omnibus vitijs. & *inanes doli*, non quia inanes ſunt, ſed inanes eos facies, ſi adhibueris vim.

SPECIES) Ideſt, facies.

DEPRENSIS) *Olim*, pro aliquando, & *deprenſis* verbum proprie nauticum, cum tempeſtate occupātur. ſic alibi: *Argolicoue mari deprenſus.*

PERDVXIT) Prius vnxit.

SIRIVS) Stella in ore canis. Hac oriente maximi calores, & ex his graues morbi: ideoq. Romaè omnibus annis ſacrum Canarium fit per publicos ſacerdotes.

ORBEM) *Medium orbem* ideo dixit, quoniam in medio mundo terra eſt, & in hac omnis aqua, quam ſidera in alimentum trahunt, maximè meridiano tempore, quo ardentiſsimus ſol eſt.

HAVSERAT) Hic pro tenuerat, vt ibi: *Simul hauſit dextera.* Alij ſic. ordo. Torrēs Syrius Indos ardebat. *Syrius* enim à poetis pro ſole ponitur, ab aliquo eorum canicula intelligitur.

VESPER) Non *veſper*, ſed paſtores tempore eius admoniti.

IVVENEM) *Iuuenem* Ariſteum.

ARDEBAT) Ideſt, ſiccabat.

HAVSERAT) Ideſt, inuaſerat.

QVONIAM) *Quoniam*, pro, poſtquam. Pacuuius. *Quoniā ille interit, imperiū Caleſo tranſmiſſum eſt.*

FALLACIA] Legitur & *Pellacia*,i.fraus:vt, *pellacis Vlixi*: & Lucretius: *Subdola cum ridet penitus pellacia ponti*.

VIDENIQVE] Hoc loco ſuſcipit numen.

NOSTRAS] Ordo. quis nam confidentiſsime, pro audaciſsime. *confidentiam* enim veteres pro impudenti audacia dicebant. vt Terentius. *ò ingentem confidentiam*.

GRAVITER FRENDENS] Grandem ſonitum dentibus reddẽs. & aliter. hoc eſt, affata proferẽda.

NON TE NVLLIVS] Bene dixit, *non te nullius*, Haec enim numina nõ humilis ſunt,ſed magni. & ſignificat Tiſiphonẽ, ideſt mortis vltricem. Nam ideo Tiſiphone dicta eſt, quaſi vlturae mortis vltio, quae dicitur graecè τισιφόνος. & aliter. Aſper, *non nullius*, inquit, ideſt non leuis numinis, ſignificat autem Nympharum, nõ vt quidam volunt, Orphei manium.

ORITHYIA] *Orithya* Erechthei & Praxiotelis filia ab Aquilone in Thraciam rapta, Zethũ & Calain filios edidit.

PANGAEA] *Pangaea* Thraciae montes.

ACTIAS] *Actias* ideo dicta,quòd Atheniẽſis fuit. quidam volunt Atticen primo vocitatã Actiacen, quia ſit litoralis.

RHESI] *Rheſus* dux Thracum. & eſt prolepſis, quia Rheſo Orpheus antiquior eſt. Idcirco autem Thracia *Mauortia* tellus dicitur. Rheſus dux Thracum, quia in diuiſione terrae Marti ceſsit.

MAGNA LVES] Ideſt, magnum ſcelus.

SERVANTEM] *Seruantem* hic, obtinentem.

TAENARIAS] In Taenaro enim promontorio

Laco-

Laconiae demonſtratur alta quaedam vorago, per quam emerſiſſe Hercules ad inferos dicitur, cum duceret Cerberum.

COCYTI] *Cocytus* fluuius inferorum. & aliter. *Cocytus* amnis apud inferos, ex Styge proflu͂es, ἀπὸ τοῦ κωκύειν, quod eſt gemere & flere.

STYX] Palus apud inferos.

TENVITQVE] Ideſt, tacuit.

VENTO] *Vento* pro aduentu ſignificat, vt ſit ſeptimus caſus, aut *vento* verbum gerundi eſt. nam intelligi debet aduentu. fit enim gerundi ſic, ventum ventu. Ipſe alibi. *& pacem Romano ab rege petendum*. Quidam ſic. *vento*, audiendu͂, conſiſtentem. vt eſt illud: *Cu͂ placidum ventis ſtaret mare*.

PRAETEREA] Praeterea, vltra.

AERIA] Quae ſit vicina aſtris. Strymon autem amnis eſt, finiens Thraciam, ſed hic pro Hebro poſitus.

PHILOMELA] Luſcinia.

INTEGRAT] Renouat.

NOCTVRNAQVE ORGIA] Quia ſacra eius nocte͂ celebrantur, ex quo Nyctelius eſt cognominatus.

TANAIMQVE] *Tanais* fluuius, qui diuidit Aſiam ab Europa. eſt autem Scythiae.

CICONVM] *Cicones* gens Thraciae à Cicone Apollinis filio dicta. Orpheus autem, quoniam poſt obitum Eurydices omnes feminas faſtidit, tra͂ſlato in pueros amore, diſcerptus eſt. Aſper, *quo munere*, ob quam rem, vult accipi. poteſt &, *Spretae quo munere*, ideſt matrimonij.

CAPVT A CERVICE REVVLSVM] Co͂ſtat caput

orphei in Hebrum proiectũ, & fluctus in Leſbum inſulam detuliſſe. Hebrus autem fluuius in Thracia eſt, qui ex fontibus Rhodopes manans perlabitur. Dictus ab Hebro Boreae fratre, quem nunc *Oeagrium* dicit ab Oeagro rege Thraciae Orphei patre.

NAPAEAS) *Napaeas* nemorum nymphas. *νάπαι* enim Graeci dicunt nemora. & *faciles* hic pro placabiles.

DELVBRA] Ad templa.

DEMITTE CRVOREM) Ideſt ſacrifica modò.

IN FERIAS ORPHEI] Vt irarum obliuiſcatur.

EVPHRATEN.] *Euphrates* flumen, quòd diuidit Meſopotamiam à Syria & Cappadocia.

AFFECTAT] *Affectat* pro intendit. vt apud Plautum: *vt me deponas vino, eam affectas viam.* & apud Terentium. *Nam diſciplina eſt iſdem munerarier ancillas, qui ad dominas affectant viam.*

AVDAXQVE] Quidam *audax* propterea dictum volũt, quòd in duobus eclogis quae ſunt in Bucolicis, occultè inuectus ſit in Auguſtum propter agros. & *carmina luſi*, figuratè.

PARTHENOPE] Lutatius lib. 4. dicit, Cumanos incolas à parentibus digreſſos, Parthenopen vrbem condidiſſe, dictam à Parthenope Sirena, cuius corpus etiam poſtquam ob locorũ vbertatem, amoenitatemq. magis coeptum ſit frequentari, veritos ne Cymaeam deſererent, iniſſe conſilium Parthenopen diruendi, poſt etiã peſtilentia affectos, ex reſponſo oraculi vrbem reſtituiſſe, ſacraq. Parthenopes cum magna religione ſuſcepiſſe, nomen autem Neapoli ob recentem reſtitutionem impoſuiſſe.

NO-

NOTAE AD SERVIVM IN BVCOLICA VIRG.

ECLOGA I.

NAM *Virgilij verſum de haſta dictum figurate ad ſpeculum tranſtulit*] Legendum, *ſpolium*, non, *ſpeculum*. nam ita habet v. c. & deinde ita ſcribendũ: *Cum poſt occiſum Iulium, iij. Iduum Martiarum die in Senatu Caeſar Auguſtus eius filius &c.*

LAEVA *ſtulta &c.*] Legendum ex v.c. *Perdituros nos quandoque agros, manifeſtò praedicebant ſigna: ſed nos &c.*

ARBVSTA *fructeta Scholaſtici vocabant*] Ita legendum ex v.c.& deinde: *Decreuerat enim Senatus ne quis eum puerum vocaret.*

Cicero in Elegia, quae dicitur Talemaſtis] Omnes libri manuſcripti conſtanter habent, *Talemaſta.* Verſus autem Varronis qui paulò poſt habetur, vel potius totus locus ita legitur in v.c. *Vel Oaxis, fluuius Scythiae, in Creta enim inſula non eſt: ſed aqua, cretei coloris eſt. Oaxem Pliſthenes ait Apollinis & Anchiales filium: Hunc Oaxem in Creta oppidum condidiſſe, quod ſuo nomine nominauit, vt Varro ait: Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis, fundere dicta &c.*

ECLOG. II.

INCONDITA *&c. Salluſtius in Iugurthino*] v.c. habet: *Salluſtius libro 2. hiſtoriarum*: Non erit autem alienum ab hoc loco, Feſti fragmentum ſup-

ſupplere in, *Schedia.* nam ibi deſideratur nomē Lucilij, qđ reſtitui poteſt ex Apuleio de Deo Socratis, qui ſic ſcribit: *Etiam in iſto, vt ait Lucilius, ſchedio & incondito, experimini an idem ſim repentinus qui praeparatus.* Feſti verò fragmentum ſic habet: *Appellauit ſchedia .... ius cùm dixit: Qui ſchedium facit inconditum & inelaboratum &c.* ſupplendum igitur: *Appellauit ſchedium Lucilius, cum dixit &c.*

Vt intelligamus per iram eum aliud voluiſſe dicere.] v.c. *per ironiam.* deinde legendum: *Hac ratione poteſt & Oaxis, Cretae fluuius accipi, cum ſit, vt diximus, Scythiae.* & paulò poſt pro, *ῥάβδον habet,* legendum, *χαλαύροπα habet.* Item: *Et notandum poeniteat triuiſſe &c.* pro eo quod vulgo legitur, *Et nondum poenitent &c.*

Cicero in Philippicis, An non inter quasilla &c.] v.c. Cicero Philipp. lib. 3. *At verò huius domi inter quasilla appendebatur aurum.* ſub finem: *Sanè & eget illa re, dicimus: vt, eget ille Senatu.*

ECLOG. III.

Nam nuſquam poeta loquitur, ſed introductae tantū perſonae] Ita legitur in v. c. & deinde: *in loco ſacro,* pro, *in quodam ſacro,* vt eſt in vulgatis codicibus.

Sanè NATALIS *apud maiores plenum nomen, poſteritas* NATALIS DIES *dicere coepit*] Ita in v. c. deinde legendum: *Ipſe enim per amicos Caeſaris agrum meruerat recipere.*

ECLOG. IIII.

Vnde & luteola pellis] Ita v. c. pro, *alutea,* quod eſt in vulgatis. deinde ex v.c. legendum ſub finem. *Alij, abſtulerint, legunt.*

ECLOG.

ECLOG. V.

Qui in Senatu à Caſſio & Bruto viginti tribus vulneribus interemptus eſt.] Ita eſt in v.c.& ita legendum ex hiſtoria.

ARIVSIA *autem, ideſt, Chia, à promontorio Chij inſulae Ariuſio*] Ita eſt in v.c. pro *Aruiſia*, & *Aruiſio*, vt habent codices vulgati.

ECLOG. VI.

Dicit enim illis nec viſum poſſe accidere] v.c. *Dicit enim illas nec viſum poſſe recipere*. deinde legendum: *Hac autem ratione comprobant ex atomis & inani originem rerum eſſe: quòd nihil eſt in rerum natura, quod non & corpus habeat, & recipiat ſectionem; & quia recipit ſectionem, indicet etiam inanitatem.*

Hippomanes vicit Atalãtam puellam Cyriam) v.c. *Scyriam*. & paulò poſt ita ſupplendum ex v.c. GRVNAEI *nemoris dicatur origo, miraculũ Apollinis qui ſerpentem ibi occidit. Gryneum &c.* ſub finem legendum: *Philomelae*, non, *Prognes*.

ECLOG. VII.

In Sardinia enim naſcitur quaedam herba, vt Salluſtius dicit, quae Sarda dicitur, apiaſtri ſimilis. Haec hominum victus contrahit, & quaſi ridẽtes interimit) Ita legitur in v.c.

ECLOG. VIII.

Sanè Varro in nuptijs dicit) v.c. *Sanè Varro in Aetijs dicit &c.* Confirmatur haec lectio loco ſimili in primo Aeneid. ad verſum, CVR DEXTRAE IVNGERE DEXTRAM. *Maiorum enim,* inquit Seruius, *haec fuerat ſalutatio: cuius rei τὸ αἴτιον, ideſt cauſã Varro, Callimachũ ſecutus, expoſuit.* Callimachi αἴτια citãtur vulgò à Grae-

cis

cis ſcriptoribus & Latinis, & Propertius memi nit eius libri, cũ inquit: *Aetia Callimachi.*

Tibi *ducitur vxor: ideſt ſub tuo nomine alijs ducitur: vt eam non ipſi, ſed alijs ſeruituram eſſe ſignificet, ſcilicet eius corruptoribus.*] Ita ſupplẽdus hic locus ex v. c.

Iſmarus aut Rhodope.] Seruius in duobus apud me codicibus emendatiſsimis, vno litteris Longobardicis exarato, altero vetuſtiſsimo, qui fuit Franciſci Phidelphi, habet hoc loco, *Aut Iſmarus, aut Rhodope*, quomodo ſi legatur, verſus ſtare non poteſt. Quid igitur? expungemus ne particulam *aut* primo loco poſitam? mihi certè nullo modo expungenda videtur. nam ex eâ particula apparet Seruiũ ita legiſſe verſum Virgilianum, quomodo iam pridem Petrus Bembus indicauit reperiri in ſuo tunc optimo libro, quem nunc ego domi habeo, translatum ex illius Bibliotheca cum aliquot alijs magni nominis codicibus, Terentio ſcilicet maioribus litteris ſcripto, & itidem Virgilio, quem ex academia Pontani, grandioribus litteris exaratum, habuiſſe Bembum dicunt. In eo autem libro, quẽ ſupra ſignificaui, in quo iuueniles tantum luſus Virgilij cum Bucolicis & parte li. I. Georgicorũ continentur, ita legitur verſus hic Virgilianus: *Aut Tmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamãtes.* Quam lectionem, vt verã putemus, adducit nos primum libri peruetuſti auctoritas, confirmata praeſertim teſtimonio Seruij manuſcripti, qui fuit olim Angeli Colotij, nunc Bibliothecae Vaticanae, in quo diſertè ſcriptum eſt, *Aut marus, aut Rhodope,* T tãtum littera, ob praeceden-

cedentē ſimilem, à librario praetermiſſa: deinde illa, quae ad eam lectionem tūnc ſtabiliendam Bembus attulit ex Strabone. Quibus nos addimus hoc, *Aut*, particulam ter diſiungentem, inueniri repetitam ſimili modo apud Theocritum in illo verſu,

ἢ ἄδω, ἢ ῥοδόπαν, ἢ καὶ κασον ἐχατόσυλα.

Quē fortaſſe verſum imitatus eſt hoc loco Virgilius. *Iſmarus*, autem pro, *Tmarus*, vt Librarij ſcripſerint, fecit tum Virgilij verſus ille qui ſupra habetur,

Nec tantū Rhodope miratur & Iſmarus Orphea, tum Tmari mōtis ignoratio, non ita frequenter à ſcriptoribus nominari.

ELECTRA PINGVIA, *ideſt ſuccinae gemmae.*] Videtur legendum: *Succina gemma.*

ECLOG. IX.

Vnde fecit hanc deriuationem Cyrnaeas taxos, ideſt Corſicanas.] Ita in v.c. & paulò poſt: *Qui hodieq; ab Aci, Acinius dicitur*, pro eo quod eſt in vulgatis codicibus, *qui hodieq; latinè Acilius dicitur.* & deinde: *Nam haec eſt plena laus, quae contrariarum rerum continet vituperationem, & ſuas laudes ex ſequentibus rebus dicit.*

ECLOG. X.

Nam & Ennius ait, indignas turres, ideſt magnas.] In v.c. pro *turres*, eſt, *turtures*. paulò poſt legendum ex v.c. *Qui cum arborem incideret.*

NOTAE AD SERVIVM IN GEORGICA VIRG.

LIB. I.

HABENDO PECORI, *hoc eſt, dum habetur, aut habeatur*] Ita v.c.deinde: EXPERIENTIA, *vſus, natura, doctrina*. paulo poſt: FERTE SIMVL FAVNIQ. PEDEM: *Ferte, aut ſimul venite: aut date carmini meo facilitatem.* ita in v.c.

Inter Hiberniam & Orchadas] Ita in v.c.& deinde legendum: *Ad antiquum nuptiarum pertinet ritum*, non, *nuptarum*, vt eſt in vulgatis codicibus. paulò poſt: *Aut ruſticis ignauis faue mecum, ideſt, quibus etiam ego his ſcriptis plurima collaturus ſum*.

VIROSA *autem, aut fortia, aut certè venenata*] Ita ſupplendus hic locus ex v.c.& deinde pro, *egerunt partum*, legendum, *egerunt partus ſuos*.

Et fluctus moui marinos] Ita v. c. non *maritimos*, vt eſt in vulgatis. & paulò poſt: SITV DVRESCERE CAMPVM: *ſegnem, ceſſantem. & ſitu, pro otio, vt redeat &c.*

Raſtraq́, & incuruis aeuũ rubuere ligones] Ita v.c. Et paulò poſt: *quia annus olim in duas tantũ partes diuidebatur*. & deinde: *& frigus hiemis ſerenitatis tepore*. nã *tempore*, pro, *tepore*, mẽdũ eſt.

DEDVCIT. *ſiccat, detrahit. ſic paulò poſt. Riuos deducere nulla relligio prohibet.*] Ita v.c.

STIVA, *Manica, gubernaculum aratri qua tegitur*] Ita v.c. paulò poſt: *Nitela cuius Cicero meminit in Scauriana*. ita v. c. nam in vulgatis eſt,

Sex-

Sextiana. & deinde: *ideo praemiſit, ni refugis, tenuesq́, piget cognoſcere cauſas*.

Senectus ſemper alienũ requirit auxiliũ] Ita v. c. & paulò poſt: *Prognoſticon eſt anni futuri fertilis, vel infecundi*. & deinde pro, *ſed ſic quoq. legumina degenerant*, legendum ex v.c. *Sed quotiens ſeruntur, totiens legumina degenerant &c.*

Sanè ſecundum artem haec oſtrea, non oſtreum dicimus] Ita v.c. & deinde: *Nam ea parte, qua mutilatus eſt, oritur, non à fronte*. paulò poſt. *Quarum vnam nos habitamus, alteram Antipodes*.

Sanè ſciendũ vltimas partes tam autumni, quàm veris ſignificare, quibus fiunt procellae] Ita v.c. & deinde: *Spicam de maturis frugibus abuſiue dicimus. nam proprie eſt ſpica, cum per culmi folliculum &c.* Iſidor. li.17.c.3.

Quod autẽ ait Plautus in Aulularia, cuius ipſi vtũtur exemplo, Cereri ne facturi nuptias eſtis, qui ſine temeto huc aduenitis] Ita v.c.

Sanè ſciendum eſt, vt ait Aratus, ab illa parte ventũ flaturũ] Ita v.c. & deinde: *Illae queſtae & aſpernatae ſunt eius regnum, & ni fallor baculum tunc eis &c.* paulò poſt: TENVIA *&c. Genua labant. nubes tenues pro velleribus accipiendae*.

LIB. II.

Nec ſecius omnis in vnguem arboribus poſitis ſecto via limite quadret] v. c. *recto*. & deinde: *Nam ſemen ſalicis eſum, dicitur infecũditatẽ mulierib. gignere*. paulò poſt: *Nã aut inſitio dicitur, cũ fiſſo trũco ſurculus* (in vulgatis codicib. eſt, *infixo*, ꝓ, *fiſſo*, vt eſt legendũ ex v.c. & Iſidoro) *fecũdae arbori inſerit: aut oculorũ impoſitio, cũ inciſo cortice, libro alligaĩ alieno, et arboris germẽ inſerimus*.

Fagos

agos autẽ incipit eſſe nominatiuus caſus ſingularis, nam pluralis noſter eſt accuſatiuas. Ita v. c. paulò poſt: *Hinc eſt ꝙ vites amant montiũ ſcapulas.* & deinde: *Acanthus herba eſt in Aegypto ſemper frondens*, non, *Acanthus arbor* eſt &c. Sic ſupra. & Iſidorus lib. 17. c. 9. *Item: Apud Aethiopiã, Indos, & Seres &c.*

Larius eſt lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in Originibus, per quadraginta tenditur millia. Ita v. c. deinde: ASSVETVMQ. MALO. LIGVREM. *ideſt, labori. Inculta Alpium extrema poſſederit. Aſſuetum ergò, nunc contentum.* Sic alibi. *Paruoq; aſſueta iuuentus.* & paulò poſt: MALIGNI, *infecundi, quia malignum veteres infecundum dicebant. vt ipſe alibi: Quale per incertam lunam ſub luce maligna eſt iter in ſiluis.*

INFLAVIT EBVR] *Ebur autem tibiarum, quibus in aurem ſacerdotis canere ſolebant*] Ita v. c. & deinde: *incuruatis, non curuatis.* paulò poſt: IN CORTICE, *plantae, ſcilicet.* Item: *Digerit in numerum, atque antro ſecluſa reliquit: &*: AXI, *Septentrioni. Nam axis dicitur.*

Illud enim metatus ſum: hoc meſſus ſum facit, vt, Meſſum è pollice florem.] Ita v. c. & deinde: *Translatio à quadris lapidibus, qui ſibi inuicem conueniunt.* paulò poſt: *Ver adeò frondi nemorum, ideſt, valde.*

NEC RES NVNC TENERAE POSSENT PERFERRE LABOREM, *creſcendi, ſcilicet.*] Ita v. c. & deinde: TENOREM. *Ductum, hic continuationẽ.* paulò poſt: PREMES, *pro preſſeris.* Item: IACTARE *autem bidentes, hoc ad cõminuendas pertinet glebas. Dicit autem circum fodiendum eſſe,*

& ad

& ad ipſa capita plantarum terram adducendam. & ſaepius ideo, quia & vento & imbribus à capite terra deſcendit.

ADOLESCIT, *creſcit.*] Ita v. c. & deinde: PER PVRVM, *per aerem, quaſi inanem.* & deinde: FRONS TENERA, *Fros vera lectio eſt.* paulò poſt: CAPREASQ. SEQVACES, *ideſt, perſecutrices, ſeu quòd vites auidius perſequantur.*

PRAEMIAQ. INGENTES PAGOS] *Legitur &, ingenijs, pro, ingentes.* paulò poſt: *Libero vbique caper immolatur, quia vites, quae in honore ipſius fuerant, ab eo comeſtae ſunt, iratus Liber pater cũ occidi fecit, & ei tolli vtrem, in quo mitti vinum fecit pro eius vindicta.*

Ab eo quòd multae viae in vnam confluant: vnde ludi compitalicij] Ita v. c. & deinde: *Qui primi ludos inſtituere & Liberalia.* paulò poſt: ACER, *non quilibet, ſed acer & diligens.* Item: METITO, *vindemiato, & per hoc dicit maturam vuã debere colligi.*

Ad materiam ſuſtentandam] Ita v. c. & deinde: *& tacite videtur admonere, quod aperte dixit, In primis venerare Deos.* paulò poſt: *Nõnulla, ideſt, nomina aliqua.* Item: RASTROSQ. TENACES, *ad fodiendum ſcilicet. quia cum trahitur raſtrum per agros, omnem ſpurcitiam ſecum colligere videtur.* Item: *Auiaria, ſecreta nemorum, quae aues frequentant.*

MISSA PADO, *pro in Padum, ſpecies pro genere*] Ita v. c. & paulò poſt: *Nec Semeleius cũ Marte confundet Thyoneus.* deinde: *Rura mihi placeant,* pro, *cuilibet.* Itẽ: TARDIS MORA NOCTIBVS, *tarde venientibus, accipiendum: vnde*

& aeſtiuis dixiſſe videtur, ne bis vnum tempus ſignificaret.

Vnam praeſentis, vt dolorem: & vnam futuri, vt metus; quas omnes paſſiones.] Ita v. c. & deinde: *Lucanus de paupertate. ô munera nondũ &c.* & paulò poſt: *Significat autem templum* Saturni, *in quo aerariũ fuerat*. Item: *Spargere gaudes.*

LIB. III.

Lucaei, *genitiuus eſt ſingularis, & κατ' ἐξοχὴν &c.*] Ita v.c. deinde: *Huius laudes ſcripſit Iſocrates*. & paulò poſt: *aut victor necaret.*

Inuitatis eis filium ſuum epulandum appoſuit.] Sic v.c. & deinde: *Poſtea Dij petente Tantalo, cum voluiſſent eius filium reuocare ab inferis &c.* & paulò poſt: via, *ratio ineunda.*

Quod ab illo neceſſe fuerat iam teneri.] Ita v. c. & deinde: *Cuius ſe officium dicit in templi conſecratione ſumpturum*. & paulò poſt: *olim* xxv. *miſſus exhibebantur*. item: *Ex alijs agonibus ad me certatorum multitudo conuenit.*

Nam roſtratas duas Vilius poſuit, victis Poenis nauali certamine.] Ita v.c. ſed pro *Vilius*, ſcribendum fuit *Bilius*. ita enim antiqui *Duilium* vocabant. paulò poſt legendum ex v.c. *alteram ante Circum videmus à parte ianuarum.*

Quia cito deficiũt, & quia tẽpora meliora depereũt.] Ita v.c.& deinde: *Sanè dicit ante ſubueniẽdũ eſſe, vt antequã pereant &c.*& paulò poſt: *Et eſt verbum iudicum: nam ſubſortiri dicũtur iudices &c.*

Glavci *autem ſunt felineis oculis, ideſt, quodam ſplendore perfuſis.*] Ita v.c.& paulò poſt: *Multi autem ita legunt*, albigilvo, *vt non album, vel giluum, ſed albogiluum vituperet, quod ſal-*

ſum

ſum eſt: quòd ſi ſinguli colores &c.

Pro equis, hi ſunt Baliarchus & Xanthus.] Ita v. c. & deinde: *Opis eius vxor.* item: *Opis, non, Ops.* paulò poſt: *Praecipuè ante omnia aetatẽ & magnanimitatem conſidera.* item: *Vult probare moueri equos vel amiſſione, vel acquiſitione victoria.*

RAPIDISQ. ROTIS] v. c. *Rapidusq́; rotis inſiſtere victor.* paulò poſt: *Nam cum quidam Theſſalus rex, bobus oeſtro exagitatis, ſatellites, ſuos ad eos reuocandos ire iuſſiſſet, illiq́; curſu non ſufficerent, aſcenderunt equos, & horum velocitate boues ſecuti, eos ſtimulis ad tecta reuocarunt. Sed diuiſi autem cum irent velociter &c.*

Tanager autem fluuius eſt Lucaniae. & SICCI *ad tempus aeſtatis relatum eſt: eſt enim torrens hieme*] Ita v. c. & paulò poſt: *Nota autem eſt fabula. Io Inachi filia, cum eam Iuppiter inuaſiſſet, veniente Iunone in vaccam mutata eſt, cui Iuno immiſit oeſtrum &c. Tranſijt autẽ per mare anguſtũ &c.* & paulò poſt: PESTEM MEDITATA IVVENCAE: *Ionẽ dicit Inachi filiã, quã in bouẽ conuersã oeſtro ꝑcuſſiſſe dicitur. Illa ſe in mare praecipitauit, qđ Ioniũ vocauerũt. et Iſis dr̃, quaſi ſola Dea, hoc. n. Aegyptijs placet. Vel quam peſtẽ &c.*

Phraſis poetica] v. c. *Ecbaſis poetica.* & deinde: *circus eſt principale, vnde fit circulus, et per ſynaereſim, circlus.* item: AEQVORA, *campũ planum, aequor appellat.* & paulò poſt: AD ELEI METAS, *ideſt fines Circi. Elis etc.* item: ET STABVLA ASPECTANS, *nunc iuuencam et ſtabula.* Cicero de Catilina: *Retorquet oculos profecto ad hanc vrbem, quam è ſuis faucibus ereptam eſſe luget.* item: *Exſceſſit, pro excidit.*

VIRESQ. RECEPTAE] v.c. *vireſq; refectae. deeſt, eſt & ſunt.* & deinde: *Quia in o,exeuntia maſculina, feminina ex ſe non faciunt.* paulò poſt: *Et à pedum motu, & ab attritione coſtarum.* Item: *Sed Leander ad Heronem natatu ire conſueuerat &c.*

Nam vult illam herbã abuſiue hippomanes dictam, qua poſſint equae furere & alia quacunque ratione] Ita v.c. deinde: *Quae virus herbis, plus tamen cantibus, herbarum armant venena.* paulò poſt: SVPERAT, pro, *ſupereſt.* Item: LANIGEROS AGITARE GREGES. *Lucretius contra: Buceriaeq; greges: agitare, aut curare, aut paſcere.*

Qua nulla priorum orbita Caſtalium fontem Delphorum diuertitur.] Ita v.c. & deinde: *In vſum autem caſtrorum ideo dixit, quia de cilicijs & poliuntur loricae &c.* paulò poſt: *Et paſco & paſcor illam rem dicimus: & paſcuntur pro depaſcuntur.*

Quòd Thitonus maritus Aurorae poſt optatam longiſſimam vitam, diu viuendo, in cicadam dicitur eſſe conuerſus.] Ita v.c. deinde: ἀναλανθὶς, non ἀκάνθὶς, v.c. & paulò poſt: *Qua Rhodope mons Thraciae protentus in orientalem plagam, ideſt, in Septentrionalem reflectitur.*

MOLE NOVA, *niuium magnitudine.*] Ita v.c. deinde: *vt ab hoc fluctu, his fluctibus &c. vt tribubus: nam tribibus nemo dicit.* Item: *Potionis genus eſt, quod ceruesia nuncupatur.*

CONTINVO, *pro perpetuo: ſemper enim hoc fieri debet*] Ita ſupplendum ex v.c. deinde legendũ: *Bene addidit, ipſe, quaſi qui aut dominus gregis eſt, aut*

aut qui antea pro domino capital dari cõſueuerat. nam apud maiores, homicidij poenam noxius, arietis damnum luebat: quod in Regum legibus legitur. Item: *cuius rei myſticae volunt quandam ſecretam eſſe rationem.*

SED VNA VELOCES SPARTAE CATVLOS, *pro Spartanos. vnà, hoc eſt, vnà cum pecore. in Laconicis velocitas, in Moloſſis fortitudo laudatur &c. Moloſſia pars Epiri.*] Ita v.c.

Nam poſt remedia morborum, ſigna & cauſas commemorat, quibus ſigna fiunt, & quibus intelliguntur.] Ita v.c. & deinde: *Hoc autem remedium eſt contra ſordes, ſcabiem &c.* & paulò poſt: *Dactylicus verſus, quòd in fine dactylum habeat.*

Ut autem autumnus abundet morbis, facit confiniũ frigoris & caloris] Ita v.c. & deinde: *Quae autumnus corrumpit, laxiora inueniens poſt aeſtatis calorem.* & paulò poſt: *Ordinem ſecutus eſt, quẽ & Lucretius tenuit & Salluſtius &c.*

Quia vt dicit Plinius Secundus, morboſa caro non coquitur, inde ab hac cauſa, quia morbus vniuerſa confuderit.] Ita v.c. & deinde: *Plautus, vellem me in anginam verti, vt huic aniculae fauces praeoccuparem.* paulò poſt: *& morituris frigidus, pleonaſmus eſt.*

EPVLAE REPOSTAE, *ſaepius appoſitae, aut abundantes, aut variae*] Ita v.c. & deinde: *Nam & ita puluinaria pro templis ponimus, cum ſint propriè lectuli, qui ſterni in templis, ſuperuenientibus plerisq́; conſuerunt.* item: REFERT, *prodeſt.*

Caro enim corrupta morbo, quendam habet humorẽ, qui non ablui poteſt.] Ita v.c. Poteſt tamen, *mucorem*, vt eſt in vulgatis codicibus, retineri. de-

inde: *Morbus pedicularis, qui eſt φθειρίασις.*

LIB. IIII.

Comparatio eſt laboris, quòd magnam dat gloriam, ſi fuerit materia exilis ornata.] v. c. *Compenſatio eſt laboris &c.* deinde: CAVEIS, *aluearibus*, & HINC *pro dehinc.* paulò poſt: CONTEMPLATOR, *pro intuere, imperatiuè.* item: TANTVM PLVIT ILICE GLANDIS. *hoc eſt, non tantũ glãdis. et erit etc.* item: *Nam ſi à ſqualore eſt, ſordidũ ſignificat.* FRIGIDA TECTA, *melle vacua, inoperoſa: contra, Feruet opus. è contra Terentius: Nimirũ hic homines frigent.*] ita v. c. & deinde: *de hoc Horatius. Nam fures dextra coercet, obſcenoq́; rubet porrectus &c.* paulò poſt: *Ideo autem in curuaturã, quia per herbam rectus creſcit ſi pendeat.*

Lacones diu bello attriti à Meſſeniȷs, & inopiam timentes virorum, praeceperunt vt virgines eorum, cum quibuſcunq. etc. duce Phalãtho etc. Ita v. c. & deinde: *Pompeius enim victis piratis Cilicib. &c. partim in Calabria agros dedit. Vnde Lucanus, an melius fiant &c.* & paulò poſt: *Terẽtius: Memini videre, quò aequior ſum Pamphilo, vidiſſe illum in ſomnis.*

RARVM OLVS, *ideſt planctatile*] Ita v. c. & deinde: ATQ. ALIIS. *Gargiliũ Martialem ſignificat. legitur & poſt me memoranda relinquo.* paulò poſt: *Tunc itaque apes aeris ſecutae ſonum, Iouẽ melle pauiſſe dicuntur.* item: VICTV, *propter victus.* item: IN NVMERVM, *in ordinem.*

Hic poeticè maſculino, referens ad puerũ; qui in hũc florem dicitur eſſe conuerſus. Ita v. c. & deinde: SOPOR SVVS, *ipſis aptus. nam ideo ſuus, quia altũ deſinunt pro natura mellis. vt ipſe alibi: Melle ſo-*

le ſoporatis frugibus offam. Sed melius, ſuus ſomnus, pro exiguitate corpuſculi ſui. & paulò poſt: INSTABILES, *fluctuantes, ideſt, iactante fluctu, ſtabiles ne ſint.* item: *Partubus, à nitendo. vnde & enixa dicimus.*

Quae etiam ipſae animam colligendo melli impendere conſueuerunt. vt, vltroque animam ſub faſce dederunt, ipſae diripiunt eadem mella.] Ita v.c. & deinde: *Sed quòd eius ſimilis aquae effectus eſt.* & paulò poſt: *Tunc.n. piſcis hic oritur, quo tempore tendere in occaſum Pleiades coeperunt.* itẽ: *Vel propter propinquam iam hiemis aſperitatem.*

Vt cum Turni iniuria matrem admonuit, quam inferebat ſcilicet, non quã inferebant validiores. Salluſtius, iniuria validiorum.] Ita v.c. & deinde: CERASQVE RECIDERE INANES, *dum ſine mellae ſunt cerae. hoc dicit, ſi nihil habuerint in aluearibus &c.* & paulò poſt: IMPARIBVS ARMIS, *quia validiores ſunt, quàm ſint apes.* item: *cum deam lanificij prouocaſſet inferior.*

Qui fuit de ciuitate Macedoniae quae Pella *nominat̃.*] Ita v.c. & deinde: *Nã antea Indus Latinè Melo dicebat̃.* & deinde: IACIT SALVTEM, *iacit ꝑ habet, et ponit apũ reparãdarũ ſalutẽ.* & paulò poſt: ZEPHYRIS PRIMVM, *vult hoc ſub occaſũ hiemis fieri.*

Et ſic dicimus, Proh ſupreme Iuppiter, ideſt, sũme.] Ita v.c. & deinde: VITAE MORTALIS HONOREM. *Bene arare, bene paſcere, apes etiã habere, ingẽs honor fuit ruſticis.* CVSTODIA *etc.* & paulò poſt: *Aut certè Tarẽtino, à Saturo Iani oppido.* Sed fortaſſe legẽdum: *à Saturo Tarenti oppido.* itẽ: *Scimus.n. ꝑ Sole indicante, Mars cum Venere deprehenſus eſt, & per artem Vulcani eſt religatus catenis.*

Namq. Arethuſae fons dulcia aquae fluenta per medios emittit fluctus] Ita v.c. & paulò poſt: FAS ILLI LIMINA DIVVM TANGERE, *Utroque.n. Deo parente naſcebatur. ideo fas tangere ait.* & deinde: *Haec autem non ſunt per poeticam licentiam dicta, ſed ex Aegyptijs tracta ſunt ſacris, nam certis diebus in ſacris Nili, pueri de ſacris parentibus nati &c.* item: *Et purpureũ Graecũ eſt epithetum. Homerus,* εἰς ἅλα πορφυρέεσαν.

FLETVS INANES, *his enim mouebatur rebus, quarũ erat facilis reparatio, ideo inanes dixit*] Ita v.c. & deinde; *Carpathos, inſula iuxtà Aegyptũ etc.* item: *Equi enim marini prima parte equi ſunt.* & paulò poſt: *Nam homo habet in ſe libidinẽ, ſtultitiam, ferocitatem, dolum: quae dum inuicem vigent, pars illa quae vicina eſt diuinitati.ideſt prudentia non apparet &c. Vnde ſacerdotem hunc dicit tunc poſſe vaticinari, & ſuſcipere diuinitatem, cum religata in eo fuerint ignea cupiditas, ſilueſtris aſperitas, lapſusq; animi &c.*

MAGNA LVES COMMISSA TIBI, *ideſt magnum ſcelus*] Ita v.c. Nam quae ſequũtur Seruij non ſunt. & deinde: RESPEXIT, *ideſt commiſit in legem ſibi datam.* & paulò poſt: NOCTVRNAQ. ORGIA, *pro, nocturna orgia, vt vdae vocis iter.* item: FLET NOCTEM, *Iugiter nocte continua flet.*

VICTORQ. VOLENTIS PER POPVLOS, *Unũ virtutis eſt, aliud iuſtitiae: nam vincere, virtutis eſt: iuſtitiae verò, non inuitis, ſed volentibus imperare*] Ita v. c. & deinde: *Nam vt diximus ſupra, viginti octo annorũ buculica ſcripſit. & bene breuiter à ſe ſcriptarum rerum executus eſt titulum.*

NO-

NOTAE AD SERVIVM IN AENEIDA VIRG.

LIB. I.

IN *exponendis auctoribus haec prius conſideranda ſunt: Vita poetae, titulus operis, qualitas carminis, ſcribentis intentio, numerus librorũ, ordo, explanatio. Virgilij haec vita eſt: Patre Marone, matre Magia fuit*] Ita hic locus legitur in v. c. In quo, poſt illum verſum, qui ſic legitur, *Cum mihi ſe non ante oculis,* ſubnectuntur haec: *Perijt autem Tarenti Apuliae ciuitate. nam dum Metapontum cupit videre, valitudinem ex ſolis ardore contraxit. Sepultus eſt autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipſo cõpoſitum eſt diſtichon tale.*

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nũc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

Nam Bucolicorum & Georgicorum alia ratio eſt, licet aliã ſit obſeruatio] Ita v. c. & deinde: *Troia regio eſt Aſiae, Ilium ciuitas eſt Troiae.* & paulò poſt: *Nam ecce hoc loco detraxit prouinciae praepoſitionem, dicens, Italiam venit, pro ad Italiam venit. Tullius in Verrinis &c.*

ACCINGVNT, *Studioſe ſe parãt &c. Horatius, Altius ac nos praecinctis vnum.*] Ita legendum. & deinde: TERRASQ. IACENTES *&c. Vnde & bruta dicuntur.* Videtur legendum *dicitur,* non, *dicuntur,* nam infra de eadem re. *Vnde Horatius, & bruta tellus.*

NASCETVR &C. CAESAR. *Hic eſt qui dictus eſt C. Iulius Caeſar. Caius praenomen eſt; Iulius nomen*

ab Iu-

ab Iulo; Caeſar &c.] Ita legendus hic locus, cũ in alijs deſit verbum, *nomen*.

LOCOS. *Et locos, & loca dicimus &c. Simile eſt & iocus, nam & ioca facit & iocos: vt Salluſt. Iugurth. Ioca atque ſeria cum humillimis exercere. & Cicero, Quam multa ioca ſolent &c.*] Ita hic locus ſupplendus.

FASTIGIA. *Primordia, quia ſit longam eſſe hiſtoriã &c.*] Videtur legendum, *quia ſcit longam eſſe hiſtoriam &c.* & paulò poſt: VESPER *&c.* legendum, *vt* Δῆλος, *Delus*.

Aurea compoſuit ſponda. Dido aurea, etenim ſi ad ſpondam referas, non ſtat verſus.] Ita interpungendus hic locus. deinde legendũ: *Mantile verò à manibus, quomodo torale.* & paulò poſt: GEMINOSQ. TRIONES, *Triones ſunt boues aratorij*, & paulò ſupra Horatij verſus ſic corrigendus; *Vngor oliuo, non quo fraudatis immundus Natta lucernis*.

LIB. III.

VIRIDEMQVE AB HVMO CONVELLERE SILVAM. *Benè variat, vt nunc ſiluam, nunc vimina, nunc virgulta &c.*] Ita legendum, nam *numina*, pro, *vimina*, mendũ eſt. & item paulò poſt mendosè legitur: *Vnde & victos dicimus curuos per ſenectutem.* nam legendum eſt, *vietos*. deinde: SACRA MARI COLITVR MEDIO *&c. Haec enim eſt Diana, Iuno, Proſerpina*: *Iuno* enim legendum, non *Luna*.

OLEARON. *Nam adiecit epithetum cauſa varietatis.*] Videtur legendum, *Non adiecit epithetum &c.*

HAEC LOCA. *vt etiam Salluſtius dicit, Italiae Siciliam*

ciliam coniunctam fuiſſe : Sed medium ſpatiũ, aut per humilitatem obruptum eſt, aut per anguſtiam ſciſſum.] Ita videtur legẽdum ex Iſidoro. nam, *obrutum*, vox eſt mendoſa.

Vt Cicero in Verrinis, Q. Verrem Romulia. & non addidit, tribu.] Ita legendum. & paulò poſt: *vt Salluſtius, Italiae plana & mollia.* nam ſic eſt in v. c. & deinde legendum: *Lacones & Meſſenij diu inter ſe bella tractarunt &c.*

LIB. IV.

LATEQVE FVRENTES BARCAEI. *Hi propè ſunt à Carthagine.*] Videtur legẽdum: *Hi procul ſunt à Carthagine.* & paulò poſt legendũ: *Sic Plautus in Pyrgopolynice de muliere Polynice, Quid fortis, ideſt pulchra.* & deinde: *Sanè Latinè Atlas Telamon dicitur, ſicut Nilus Melo.* item: *Olympus quaſi ὁλολαμπὴς dictus eſt.*

INCOMITATA, *Quod ferale, ideſt mortiferum omne eſt.*] Videtur legendum: *ideſt mortiferum omen eſt*: & deinde ſcribendum: *Atlas verò mons maximus in Mauretania eſt.* in vulgatis deeſt vox, *mons*.

LIB. V.

SI NONA DIEM MORTALIBVS ALMVM. *Non de die qui certus eſt, dubitat &c. Vnde eſt, ſedibus hunc refer ante ſuis.*] Ita legendus hic locus. & deinde ſupplendum: *Quod etiam Ouidius in* XV. *Metamorphoſeos dixit, loquente Pythagora:*

Sunt qui cũ clauſo patefacta eſt ſpina ſepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas.

PVBES IMPELLVNT, *Figura eſt: vt, Pars in fruſta ſecant &c. Item inter ſoloeciſmum & ſchema, id-eſt perfectam ſermonum cōnexionē figura eſt etc.*] *Schema*, videtur legendum, non, *phraſim*, ex Iſidor. lib. 1. c. 34.

APRICIS, *ſole gaudentibus &c. Apricum autem quaſi ἄνευ ψύχους.*] Videtur legendū, ἄνευ φρίκης. & deinde: PALMAS VTRASQVE. *Diximus ſupra antiquum hoc eſſe. Carpinius tamen dicit &c. Carpinius*, legendum, non *Carminius*, de quo lib. 6. *vt Varro & Carminius docent*. item: *Tria ſunt ſecundum Carminium &c.* & Macrob. lib. 5. cap. 19.

DIXITQVE. *Vacat, que, metri cauſa &c. Vnde Terentianus. Nec tanta in metris venia conceditur vti &c.*] Ita legendum, nam in vulgatis codicibus mendosè, pro, *Terētianus*, citatur, *Horatius*.

LIB. VI.

PRAEMISSVS ACHATES, κατὰ τὸ σιωπώμενον *intelligimus.*] Ita legendum. nam verba, *ideſt taciturnitatem*, adiecta ſunt ab expoſitoribus ad *Graecas dictiones* κατὰ τὸ σιωπώμενον. Deinde legendū, ACHERONTE REFVSO. *Acheron fluuius dicitur inferorum, quaſi ſine gaudio: ſed conſtat locum eſſe haud longè à Baijs &c.*

LATET ARBORE OPACA AVREVS. *Licet de hoc ramo &c. Tiberianus. Aurum quo pretio reſerantur limina Ditis &c.*] Ita legendū, cum in aliis deſit vox, *aurum*.

SEDIBVS HVNC REFER ANTE SVIS. *Apud maiores &c. Ergo nunc ſecundum iſtum locutus eſt morem.*] Ita legendum. & deinde: IMMITTIT APRICIS, *Quaſi ἄνευ φρίκους &c.* & paulò poſt:

ADSIMILVS, AD, *vacat: & à maioribus ad ornatum adhibebatur. Horatius. Qua populus adſita certis limitibus vicina refugit iurgia.*

VENDIDIT HIC AVRO PATRIAM, *Etiã haec licet generaliter dicantur, habent tamen ſpecialitatem. Nam Laſthenes Olynthum Philippo vendidit. Curio Caeſari* XXVIIHS. *Romam.*] Ita videtur legendus hic locus.

LIB. VII.

ACCISIS *&c. & hoc eſt apud nos* AC, *qđ apud Graecos* ἀμφὶ.] Legendum: *& hoc eſt apud nos, an, quod &c.* & deinde ſcribendum: CONDVNTVR *&c. Conduntur ergo, ſedem ſtabilem locant. Salluſtius: Peſte conditos orbis terrarũ &c.* ſub principium verò libri ad illum verſum: POSTQVAM ALTA QVIERVNT, Videndum an rectè legatur, *Hebrus* QVIERANT *legit.* ſed, *Hebrus*, nomen non caret ſuſpicione.

LIB. VIII.

DAPES. *Epulae deorum propriae, vt Iouis caena.*] Videndum an rectius ſit, *vt Iouis Epulum.* & de Epulo Iouis vidẽda quae notauimus ad kalendarium Ruſticum in menſe Nouembri.

LIQVIDO ELECTRO, *Puro &c. quas partes etiã ſi naturam reſoluas, inuenies.*] Fortaſſe legendũ: *ſi naturale.* nam ita eſt in v.c. & deinde ſcribendum: *Electri autem natura probatur veneno, quo recepto & ſtridorem emittit, & varios ob Iridis ſimilitudinem reddit colores &c.* nam mendoſè in vulgatis codicibus legitur: *ad diſſimilitudinẽ.*

LEMNIVS. *Quia in Lemnum inſulam &c. quòd fulmina de imo aere naſcuntur &c.*] Ita legẽdus hic locus. & paulò ſupra vbi habetur: TENACI

FOR-

FORCIPE. *Nam foruum eſt calidum &c.* ſcribendum: *Nam formum eſt calidum &c.* Feſtus, Velius Longus, & alij. Sub finem libri, ad illud: DISCINCTOS, legendum: *Vt contrà, praecinctos, ſtrenuos dicimus. Horatius, Altius ac nos praecinctis vnum.*

LIB. IX.

VOLSCENTEM PETIT, *Appetit. Petitiones &c. Vnde Cicero: Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur &c. & vt aiunt corpore effugi.*] Ita legendus hic locus, nam eſt ex oratione in Catilinam.

ET STATVAM ANTE ARAS &c. *Nā Ioui de tauro non immolabatur, vt etiam in tertio diximus, niſi cum triumphi nomine ſue oue tauro fiebat.*] Ita legendum. nam *ſue vel oue*, mendosè habetur in vulgatis codicibus. Notauimus autem ſupra, *Suouetaurilia* ſcribi cum in veteribus libris, tū in lapidum monumentis, non, *Solitaurilia.*

NVMEROSQ. INTENDERE NERVIS, *Rythmos facere intētione neruorum. Nam numeri ſunt rythmi*] Ita legendum. nam in vulgatis libris mendosè legitur: *Nam nunc ſunt rythmi.*

LIB. X.

COMETAE SANGVINEI &c. *Et Stoici dicunt has ſtellas eſſe vltra triginta duas: quarum nomina & effectus Abienus, qui iam bis ſcripſit Virgilij fabulas, memorat.*] Videtur legēdum: *Qui iambicis ſcripſit &c.* ex loco inferiore ad verſum RHOETI DE GENTE VETVSTA ANCHEMOLVM, vbi ſic habetur: *Haec fabula nuſquam inuenitur in Auctoribus. Abienus tamen, qui tot ū Virgilium & Liuium iambicis ſcripſit, &c.* & for

taſſe

taſſe Auienus vtroque loco ſcribendum eſt, ſi Sex. Auienus Rufus deſignatur. paulò poſt mendosè legitur, *Varro & Taccnus*, pro, *Varro Atacinus*.

LIB. XI.

GENERVMQVE ASCIVETIT VRBI. *propter vrbẽ. Lucanus de Catone: vrbi pater eſt, vrbiq́, maritus. Gener autem ideo dicitur, quia ad augẽdum genus adhibetur.*] Ita legendus hic locus, nam in vulgatis codicibus mendoſus eſt.

NEQVE ENIM NOVVS ISTE DIANAE &c. *Terẽtius: Per amicitiam, quae incepta à paruulo cum aetate adcreuit ſimul. Iuuenalis &c.* Ita legendum. & deinde: *Perſius: Vt ramala vetus praegrandi ſubere coctũ etc.* Item: *Namq. vbiq. dux praecipit, vt frequentes circa ſigna ſint milites.* ita legendum.

LIB. XII.

REGIQVE IVBET RESPONSA LATINO *etc. Nã ſuprà Turnus tantum dixerat, Nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranne.*] Ita legendum. & deinde: AN VIRIBVS AEQVIS NON SVMVS *&c. Nam legimus in Salluſtio: Memorare poſſum quibus in locis populus Romanus ingẽtes hoſtium copias parua manu fuderit etc.*

SACER OLEASTER *&c. Nam ſuperfluam quidam volunt facere deſcriptionem, vt haec buxus de arbore dicamus: buxum verò de ligno compoſito.*] Videtur legendum, *diſcretionem*, non, *deſcriptionem*: *nam ita poſtulat ſententia.*

VEL-

VELIVS LONGVS DE ORTHOGRAPHIA

NEceſſariũ arbitror de orthographia ſermonem inſtituenti, à litterarum poteſtate initium facere. Primum igitur definitio litterae varia fuit apud pleroſq; : Alij enim ſic definierũt. Littera eſt initium vocis explanatae. Alij ſic: Littera eſt initium vocis ſignificantis. Alij: Littera eſt minima pars orationis, & verbum eſt & coniunctio & praepoſitio, hoc improbantes. Alij dixerunt: Littera eſt initium ſcriptilis vocis. Excluſerunt autem omnes illam definitionem, qua quidam dixerunt, litteram eſſe initiũ vocis ſignificantis; Ideo, quoniam quaedã voces ſcribi poſſunt, quamuis nihil ſignificẽt. Sicuti cum dicimus tit, tir, nam hoc ſcribi poteſt; nihil verò ſignificat. Verius eſt illud, initium ſcriptilis vocis, aut initium vocis explanatae. Quidam verò omnes litteras vocales eſſe dixerunt, arbitrantes nullam magis minuſue neceſſariam eſſe: & quia omnes litterae voces explanant. Alij dixerunt omnes eſſe cõſonantes, quoniam in Catone ſcribendo, non minus ſonet. a, quàm. c. littera cum. a. Scimus tamen ſubtiliorẽ eſſe factam diuiſionem: vt vocales illae quidem dicerentur, ſine quibus ſyllaba fieri non poſsit. Ceterae, conſonantes, quae cum his ſonent: nam nihil mutatur in ſyllaba. Inuenti ſunt tamen, qui & ſine vocali putent poſſe ſyllabã fieri. nam animaduertimus apud Comicos, s & t, pariter ſcriptas litteras, vt apud Terentium in

Phorm.

Phorm. *Non is obſecro es, quem ſemper te eſſe dictitaſti?* Ch. St. So. *Quid has metuis fores?* Hoc s & t pariter, renuntiat ſilentium. Sed ſcilicet ſi hoc ſectentur, poſſent etiam pleraſq. conſonantes, & omnes ſemiuocales pro ſyllabis ponere. nam apud Lucilium in IX. (in quo de litteris diſputat) omnes vicem ſyllabarum implent, cum dicit: *à re non multum abeſt hoc cacoſyntheton, atque canina ſi tibi lingua dico, nihil ad me; nomen hoc illi eſt.* Item. s. noſtrum, & ſemigraece quod dicimus ſigma, *nihil erroris habet.* Apparet ergò haec nihil aliud, quàm locum ſyllabae tenere: nec tamen ſyllabam ſcilicet eſſe. Non ergo accedendum eſt ijs, qui putant ſine vocali ſyllabam, vt etiam ſignificationem vocis terminent, quoniam ſilentium denuntient, & errant. Nam &, x, ſignificat aliquid: ſic enim vocamus: neque tamen ideo ſyllaba, aut lexis eſt, & haec ipſa conſtat ex c, & s: nec ideo & illam quiſquam ſyllabam dixit, ſed duplicem litteram. Deinde quid, quòd & voces non ſimplices, habent tamen ſignificationem, quamuis ſcribi nõ poſſint? nam & digitorum ſono pueros ad reſpondendum ciemus. Incipiamus nunc de litterarum poteſtate diſſerere. ac primò, eadem eſt noſtrarum poteſtas vocaliũ, quae ſunt Graecorum apud antiquos circa correptionem productionemq́. ſiquidem apud illos quinque tantum fuere vocales. a. e. i. o. u. atque hae ſimiliter producebantur corripiebanturq́. ſicut hodieq́. a. i. u. quae appellantur apud illos *κοιναὶ*. Poſtea vt quidã putant Simonides inuenit duas vocales, quas dixit *φύσει μακρὰς*. η. & ω. vt eſ-

ſent ἀντίστοιχα τοῦ. ε. καὶ τοῦ. ο. vt quomodo hae litterae longae dicerentur. η. & . ω. ita & illae breues natura. quin etiam ſecundum naturam magis apud nos quinque litteras efferri, quàm apud Graecos non eſt dubium, ſi quis aures habet. Vocales enim eaedem ſunt, & litterae & ſyllabae, non ſicuti ceterae. Cum enim dicimus ἄλφα, a in priore litteram, in ſequente ſyllabam dicimus ex his vocalibus, quae apud nos ſunt duae litterae, & vocalium vim & conſonantium obtinent: u. & .i. quomodo autem diſcerni poſsint in hac duplici poteſtate, breuiter explicabimus. Conſtant omnes ſyllabae ſpiritu conſonantis; item acceſsionis loco eſſe, vt immutatis illis, nihil è natura ſyllabae mutetur. ſicut nihil intereſt, vtrum. ſa. dicam ſa, an.ba. ſic nihil intereſt an etiam dicã et. va. cum duae vocales ſint iunctae, vtique longa ſyllaba atque adeo conſonans eſt, vt in metro idem praeſtet. cum enim lego, *& iacit arrecta mentem, ſtupefactaq; corda*, fit primus pes dactylus: & iacit proinde, ac ſi immutata hac ipſa, impoſitaq. pro ea alia conſonante, dicerem, & facit. Illud ſanè animaduertendum hanc eandem litteram, nonnunquam pro duabus conſonantibus ſonare, ſi modo ſequente vocali interiecta ſit. *Iam vitulos hortare, viamq; inſiſte domandi.* Nam *iam vitu*, dactylus eſt, quoniam prima ſyllaba longa eſt poſitione, conſonanti enim terminata.m.excipitur.u.littera, quae pro conſonanti poſita eſt. Ibi quanquam ſi cum littera.i.confuſa eſt.u.vicem conſonantis habet, cum dico, *arma virũq; cano*, &, *quiſquis es armatus*; ideo, quoniam &

ante

ante diximus, nunquam duas vocales coire, vt non longam ſyllabam faciāt, vt in eo quod eſt* quae manifeſta breuitas eſt. Ideoq. in hoc pede. *Quiſquis es*, nemo dubitabit, quin dactylus ſit, cuius prima ſyllaba longa eſt. Verrio Flacco videtur eandem eſſe apud nos. u. litterā, quae apud Graecos. υ. namque his exemplis argumentatur, quod Illi dicunt cyminum, nos cuminum: quā illi κυπάρισσον, nos cupreſſum: illi κυβερνήτην, nos gubernatorem, necnon ex eiuſmodi Theſeus, Moeneceus, Peleus, & ſimilibus adfirmat. Graecorum verò qui de antiquis litteris ſcripſerunt commentaria, ij item latinorum qui illos ſecuti ſunt, eadem littera veteres ſolitos ſcribere oſtendunt, μακρὸς μακροῦ μακρῷ, & confuſas fuiſſe ο & ω. apud nos quoque antiqui oſtendunt, quia aequè confuſas o & u litteras habuere: nam Conſol ſcribebant per. o. cum legeretur per. u. conſul. Vnde in multis etiam nominibus variae ſunt ſcripturae, vt fontes, funtes, frondes frundes. I vero littera interdum exilis eſt, interdum pinguis: vt in eo quod eſt, prodit, vincit, condit exilius volo ſonare: in eo verò quod ſignificatur prodire, vincire, condire, aeq. vſque pingueſcit, vt iam in ambiguitatē cadat, vtrum per. i. quaedam habeant dici, an per. u. vt eſt optumus, maxumus. in quibus adnotandum, antiquum ſermonem plenioris ſonus fuiſſe, & vt ait Cicero, *ruſticanum*: atque illis ferè placuiſſe per. u. talia ſcribere & enuntiare. Errauere autem Grammatici, qui putauerunt, ſuperlatiua per. u. enuntiari. vt enim concedamus illis in optimo, in maximo, in pulcherrimo, in

iuſtiſsimo, quid faciet in his nominibus, in quibus aequè manet eadem quaeſtio, ſuperlatione ſublata, manubiae an manibiae; libido an lubido? Nos verò poſtquam exilitas ſermonis delectare coepit, vſque. i. littera caſtigauimus illam pinguitudinem: non tamen vt plenè. i. litteram enuntiaremus. Et contendam quoſdam alia nomina per. u. ſcribere, qui antiquorum voluntates ſequuntur. Nec tamen ſic enuntient, quomodo ſcribant. Nam ex ſemiuocalibus excludunt quidam litteram. x. ea ſcilicet ratione, qua antiqui noſtri repudiauerunt id quod apud Graecos eſt. *ν*. nam. z. lingua Latina non agnoſcit, ideoq. nec mentio illius vnquam fuit, niſi primò poſtquã peregrina nomina hunc ſonũ induxerũt. quod ſi cui nomen videtur ***Mezenti***, ſciat ſolitum eſſe ſcribi per duos. ſſ. & ſic enũtiari. atque has tres litteras ſemiuocales plerique tradiderunt. Verrio Flacco placet mutas eſſe, quoniam à mutis incipiant, vna à c, altera à p. quòd ſi aliquos mouet, quòd in ſemiuocalẽ deſinãt, ***ſciant***, inquit, ***z. litteram ſic ſcribi ab his qui putant illam ex c. et. d. conſtare, vt ſine dubio muta finiatur.*** Mihi videtur nec aliena ſermoni fuiſſe, cũ inueniatur in carmine Saliari, & eſſe aliud z. aliud ſigma, *ξ σδ*. nec eandem poteſtatem, nec eundem ſonum eſſe, ſi ſecundum diuerſas dialectos. i. linguas enuntientur. Dores enim dicere *μελίσδειν*, alios *μελίζειν*. Alij *κεφαλὴν*, alij *ὄμματα*, alij *θάλαττα* dicunt, cum idem dicãt. nam & ipſum *παίζειν* apud alios dicitur *παίσδειν*: nam idem eſt. ζ. &. δ. ſic quomodo nõ idem eſt *σίγμα* & z. Denique ſi quis ſecũdum

natu-

naturam vult excutere hanc litteram, ideſt, z. inueniet duplicem non eſſe, ſi modo illā aure ſinceriore explorauerit. nam & ſimpliciter ſcripta aliter ſonare poteſt, aliter geminata. quod omnino duplici litterae non accidit, ne geminetur. Scribe enim per vnum. z. & conſule aurem, non erit ἄζηχας, quomodo ἄδηκας, ſed geminatae eaedem ἄζζηχης quomodo ἄδδηκης. Et planè ſi quid ſuperuenerit me dicente ſonum huius litterae, inueniet eundem tenorem quo coeperunt. Si quis. φ aut. ξ. nouiſsimum audiet, ſ. ex prioribus litteris, vnde hae duplices incipiunt, ſonum nullum ex mutis euellunt. H. littera tanquam ſonus magis ſit, quàm littera, & accedens litterae; & vtūtur auctoritate Craecorum, apud quos vt ſuperuacua ſublata eſt: fuiſſe tamen & apud illos manifeſtum eſt ex veteribus ſcriptis, & ex eo, quòd hodie cum apud illos numeri prima ſemper littera nominis quo ſignificātur, notentur, vt δέκα, πεντήκοντα, ἑκατὸν, notentur. Vnde apparet hanc litteram loco adſpirationis non fuiſſe, alioquin per. ε. notaretur. Qui igitur illam litteram vindicant, oſtendunt eam eiuſdē eſſe, quae conſonantis eſt: nam & in metro aſſerit ſibi hanc poteſtatem. Vnde & apud Homerum non videntur vitioſi verſus, qui hac adſpiratione ſuppleturi, ἢ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. Et hoc amplius, adeo littera eſt, vt poſsit videri etiam vicem duarum conſonantium implere, vt ὡς εἰπὼν τόξον ἕλεν ἀπ' ἐοθῆκε χαμάτε. Et tale quidem exemplum apud nos non animaduerti. Ceterum ſuperioris ſimilia multa, vt, *ille latus niueū molli fultus hyacintho,*

accedit huic, quòd ſi accedens littera eſſet, cum ipſa littera enuntiaretur. Nunc verò & ante vocalem & poſt vocalem ſonat ſic, quomodo alia eſt ſyllaba ca, alia, ac, & alia ba, alia ab, ſic alia ha, alia ah: nam quòd ex. h. quoque exiſtimant quidam colligi poſſe conſonantem, & adſignificãtem apparet ex eo, quòd aut accedens, aut recedens immutat ſignificationem; ſi quidé aliud eſt hira, aliud dira canam, exemplũ: nam multa nomina, & contracta ſyllaba aliud ſignificant & producta: quomodo aliud ſi producas pila, & corripias pila; & loco rurſus tranſmutatus accentus, partes quoque orationis immutat, vt aliud eſt circum, aliud circùm. aliud ergo, aliud ergò. Illa igitur quae ſuperius dixi, valentius adſpirationẽ hãc adſerũt, vt loco litterae habeãtur. Hinc ſupſunt ex mutis. K. &. c. &. q. de quib. quaeritur an ſcribẽtib. ſint neceſſariae. & qui. K. expellunt, notã dicũt eſſe magis quàm litteram, qua ſignificamus kalumniam, kaput, kalendas. hac eadem nomen Kato notatur. Non magis igitur in numero litterarum eſſe oportere, quàm illam notam, qua centuria, & qua. ɔ. conuerſum, quo Caia ſignificatur: quod notae genus videmus in monimentis, cũ quis libertus mulieris oſtẽditur. Caias enim generaliter priſci has omnes mulieres accipere voluerunt. At qui illã eſſe litterã definiunt, neceſſariã putantes nominibus, quae cum. a. ſonante hanc litteram inchoant: Vnde etiam religioſi quidam epiſtolis ſubſcribũt Kariſsime per. K. &. a. Quòd ſi adeò neceſſariae videntur, verendum eſt ne & alias litteras requiramus, quibus aut Cicero ſcribatur,

r r, aut commodus. De.q. littera quaeſitũ eſt & multi illam excluſerunt, quoniam nihil aliud ſit, quàm .c. & .u. & non minus poſsit ſcribi quis per .c.&.u. &.i.&.s. nam ipſa quoque nota qua ſcribitur, ſi modo antiquam litterae figurã ſpecies oſtendit.c.eſſe &.u. pariter litteras in ſe confuſas. Ideoque nonnulli, quis, & quaeret, & quid per. q. &.i. &.s. ſcripſerunt. & per q.a.e.& per.q.i.d. quoniam ſcilicet in.q. eſſet.c. &.u. Et de hoc quidem in poſterioribus, vbi loquendum de orthographia, dicemus. Nunc ad quaeſtiones, quae incidunt in rationem ſcribendi, tranſeundum eſt. Ingredienti mihi rationem ſcribendi, occurrit ſtatim ita quoſdam cenſuiſſe eſſe ſcribendum vt loquimur, & audimus: nam ita ſanè ſe habet nonnũquam forma enuntiandi, vt litterae in ipſa ſcriptione poſitae, audiantur enuntiatae: ſic enim cum dicitur, illum ego, & omnium optimum, illum & omnium aequè terminant: nec tamen ex enũtiatione apparet cum dicimus, hic eſt ille, vnum.c.ſcribimus, & duo audimus: quod apparet in metro, nam, ***Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes eripis***, ſi vnum.c. hanc ſyllabam exciperet, acephalus eſſet verſus, nec poſſet à lõga ſyllaba incipere, quae eſt in heroico metro neceſſaria. ergo ſcribendum eſt per duo.c. ***Hocc erat alma parens***, aut cõfitendũ quaedã aliter ſcribi, aliter enũtiari: nam quibuſdã litteris deficimus, quas tamen ſonus enuntiationis arceſsit: vt cum dicimus virtutem, & virum fortem cõſulẽ Scipionem eſſe, perijſſe ferè ad aures peregrinam litteram inuenies. & in pleriſq. Cicero videtur

auditu emenſus ſcriptionem, qui & Aijacem & Maijam per duo ij ſcribenda exiſtimauit, quoniam vnum eſſe animaduertunt. Siquidem poteſt & per vnum.i.enũtiari, vt ſcriptum ſit. Vnde illud preſsius & plenius ſonet, per duo.i.ſcribi oportere exiſtimat. Sic & Troiam, & ſi qua talia ſunt. Inde creſcit iſta geminatio, & incipit per tria.i.ſcribi coniijcit, vt prima ſyllaba ſit cõmunis, ſequentes duo ijcit: nam ſi eſt aliud, iacit, pro.a.i. ſubſtituitur, vt vocalis obtineat manente priore. i. quae conſonantis vicem impleat. At qui Troiam & Maiam per vnum.i.ſcribunt, negant onerandam pluribus litteris ſcriptionem, cum ſonus ipſe ſufficiat: hanc enim naturam eſſe quarundam litterarum, vt morentur, & enuntiatione ſonum detineant, quod accidit & in eo quod dicimus hic eſt, cum ipſa vaſtitas litterae in enuntiatione pingueſcat: atque ipſa natura.i.litterae eſt, vt interiecta vocalibus latius enuntietur, dum & prior illam adſerit, & ſequens ſibi vindicat. & cũ appareat per vnum.i. Troiam ſcribi apud Graecos & Maiã, non eſt nobis altera.i. neceſſaria, cum in nomine non ſcriptio immutetur, ſed ſola enuntiatio. Sic apud illos Myia per vnum. i. ſcribitur, item αἴθυα. licet repugnent Graeci, quo minus haec.i.littera in vnitatem cum aliqua vocali veniant, vt vnam ſyllabam faciant, velintq́. μυῖαν, αἰθυῖαν triſyllaba nomina eſſe: vincet tamen illo natura teſte praeclaro, qui ait, υἱὸς θ' υἱωνὸς τ' ἀρετῆς πέρι δηρὶν ἔθεντο, niſi ſi hic verſus à duobus anapaeſtis incipit, quod nullo modo poteſt fieri: ſed quotiens, vt ſupra diximus, dua-

bus

bus vocalibus interiecta haec littera eſt, duarũ conſonantium obtinet vicem, ſic non erit acephalus verſus. *Thyas vbi audito trepidant Trieterica Baccho*. &, *Troiaq́, nunc ſtares*. &, *Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe*. Nam nec Attiũ ſecuti ſumus ſemper vocales geminantem, vbicunque producitur ſyllaba, quoniam expedita debet eſſe conditio ſcribendi. Hic quaeritur etiam an per e, & i, quaedam debeant ſcribi ſecundum conſuetudinem Graecam. nonnulli enim ea quae producerentur, ſic ſcripſerunt. Alij contenti fuerunt huic productioni.i. longã aut notam dediſſe. Alij vero, quorum eſt item Lucilius, variè ſcriptitauerunt: Siquidem in his quae producerentur, alia per.i.longam, alia per, e. &.i notauerunt, videlicet vt differentia quadam ſeparantes: vt cum diceremus, viri ſi eſſent plures, per.e. &.i. ſcriberemus: ſi verò eſſet vnus, viri per.i. notaremus. & Lucilius in ix. *Iam puerei venere, e poſtremum facito, atque i. vt plures faciant: i, ſi facis ſolum pupilli pueri. hoc vnius fiet. Item hoc illi factum eſt, vni tenue hoc facies. i. Haec illei fecere, adde, e, vt pinguius faciat*. Idemq́. *peila*, quibus milites vtuntur, per e.&.i.ſcribenda exiſtimat. at pila in qua pinſatur, per.i. hoc mihi videtur ſuperuacaneae eſſe obſeruationis. Nam ſi omnino in ſcribendo diſcernenda caſuum numerorumq́. ambiguitas eſt, quid faciemus in his nominibus, quorum ſcriptio diſcrimen non admittit? vt deſſedes, nubes, cum & vna & plures eodem modo dicantur, & ſcribantur? quid cum dicimus geſtus, fluctus, portus, cum & genitiuus ſingularis, & no-

minatiuus, & accuſatiuus, & vocatiuus pluralis eodem modo ſcribantur? Quid denique in his, quae ambiguitatem habent inter nomina & verba, rotas, rotat, feras, ferat. Nam cum hae rotae tã rotas faciant, quàm roto, rotas, rotat; & fero, feras ferat: ſic nec aliter ſcribitur: amor & ex nomine facit amoris, & ex verbo amaris: ſatis ergo collectũ, quaedã per. e. &. i. nõ debere ſcribi, ſed tantum per. i. cum apud Graecos quoque ex veteri illa cõſuetudine inueniãtur nomina quae per. i. ſcribantur, quamuis productè enuntientur. Quaeritur itẽ Iulij & Claudij & Cornelij vtrum per vnum. i. productè, an per duo debeat ſcribi. & ratio exigit, vt huius Iulij per duo ij ſcribamus, tam hercule, quàm huius pallij, & huius graphij. Non enim tantum in maſculinis, hoc quaeritur, ſed etiam in neutris, quoniam id poſtulat ratio. Nam quaecunque. o. littera datiuo ſingulari terminantur, o, in, i, mutant, manentibus ceteris litteris, & ſic genitiuum faciunt, vt maximo maximi, candido candidi. Sic ergo in Iulio nihil aliud quàm, o, debet mutari, & in pallio: atque vt fiat Iulij & pallij, aequè hanc eandem ſeruare debemus rationem in nominatiuis pluralibus, etiam ſi pauciores habent ſyllabas in nominatiuo ſingulari. Sed quoniam inuenimus & nominatiuum pluralem, & datiuum eiuſdem numeri eſſe, vt. i. littera terminatus nominatiuus, aſſumpta, s, faciat datiuum, detracta redeat rurſus ad nominatiuũ: vt in eo quod eſt boni bonis, mali malis, docti doctis: ſic rurſus è contrario Iulijs & Claudijs; ſi detraxeris. s. relinquetur Iulij & Claudij. Illud

lud etiam adnotādum circa.i. litteram eſt,quòd ea quae nos per ae.antiqui per.ai.ſcriptitauerūt, Iuliai Claudiai. Sed quidam in hac quoque ſcri. ptione voluerunt eſſe differentiam; vt pluralis quidem numeri nominatiuus caſus per .a. &.e. ſcribatur, genitiuus verò ſingularis per. a. & i.hoc quoque argumentantes,quòd diaereſis ſiue dialepſis illa diceretur, à nominatiuo plurali non fit, ſed ex ſingulari obliquo; cum dicitur, *aulai in medio, & diues equùm, diues pictai veſtis,& auri*. Item *rei noſtrai,faciendai, magnai*. Sed ſcilicet nihil obſtat quo minus hoc, aut illo modo ſcribamus in vtroque numero: cū multa alia quoque nobis excogitanda ſint, ſi velimus diuerſitates ſcriptionis, ambiguitatem caſuum numerorumq. diſcernere. Tranſeamus nunc ad. v. litteram; ac pleriſque ſuperiorum in primitiuis,& adoptiuis iſta nomina per.u.&.o.ſcripta ſunt, ſcilicet quia ſciebant vocales inter ſe ita confundi non poſſe, vt vnam ſyllabam non faciant. Apparetq. eos hoc genus nominū aliter ſcripſiſſe, aliter enuntiaſſe. Nam cum per.o. ſcriberent: per.u. tamen enuntiabant: ſed ratio illos praeſumpta decepit: ante enim reſpicere debebant, an hae duae vocales eſſent. ſed cum in ſuperiore diſputatione demonſtrauerimus.v. totiens conſonantis vim habere, quotiens pro eo ponitur, quod apud Graecos dicitur digamma, nihil vetat hic quoque tantum ſpeciem,litterae animaduertere; ſed tamen aliam poteſtatem. ſi ſit nominatiuus, duas quoque.u.littera habebit, ſed priorem pro conſonante, poſteriorem pro vocali.s.poſitam:atque ab eiſdē aequus

per

per.u.&.o.ſcriptus eſt. Et quaeritur vtrum per vnum an per duo debeat ſcribi. Et priuſquam de hoc loquamur. v.litteram digamma eſſe, interdum non tantum in his debemus animaduertere, in quibus ſonat cum aliqua aſpiratione, vt in valente, & vitulo, & primitiuo, & genitiuo, ſed etiam in his quibus confuſa haec littera eſt, in eo quod eſt, quis. nam ſi omnino haec vocalis eſt. v. proculdubio haec ſyllaba longa eſſet: quoniam nunquam duae vocales conueniunt, niſi vt longam ſyllabã faciant. Vnde & in aequo u. pro conſonante poſita erit. & auribus quidẽ ſufficiebat, vt aequus per vnum .u. ſcriberetur; ratio tamen duo exigit. nam cũ ſit genitiuo caſu aequi, datiuo aequo, atque nouiſsimo vocalis declinationis differentia faciat, nullam mutationem recipientibus conſonantibus, neceſſariũ eſt vt aequus quoque ſaluam habeat conſonantem, quae in aequo, & primo illud.u. habeat: vt adſumpta.i. faciat nominatiuum pluralem. Animaduertimus tamen, quibuſdã partib. orationis.u.litteram vitioſe inſertam, vt in eo quod eſt vrguere: itaque teſtis in vtroque Virgilius, qui ait, *quibusue vrguentur poenis*. ſine.u. item: *Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.* nam cur minus vnguo debeat dici, apparet ex eo, quod nullum verbum.u.o. terminatum, ſiue ſolutum, non eandem.u. ſeruare in praeterito; vt volo volui, eruo erui, & vngo vnxi facit, quomodo pingo pinxi, fingo finxi. & tamen in nomine quod hinc fingitur, ſic inſertum rurſus vel agnoſcitur, vt euelli non poſsit. vt apud eundem Virgilium. & *pingueis vnguine*

ceras:

ceras: Sed conſuetudine vſurpatur vnguentum: idem accidit & in hircis, quos antiqui hirquos dicebant. nam quamuis nos in uno *hirquos* litterã .i. non interponamus, in enũtiatione tamen videmus remanere in deriuatione nominis, qđ hinc tractum eſt, vt eos qui ſunt in adulta aetate hirquitallos uocemus. In antico videmus lo cum litteram habere, & in poſtico non habere: nam et anticum ab eo quod eſt poſt, quod apparet ex ſcriptione temporum. Nunc ad praepoſitionem tranſeamus, atque incipiemus ab illa, quam Cicero in Oratore adnotauit. Varia enim cõſuetudo in aequo eſt Ab, & A, & Abs, & Au: ut cum dicimus à me, deinde ab illo, deinde abſtulit, deinde aufert. Quod ſanè tantũ in duobus uerbis uſurpatum eſt, aufert, & aufugit. Adijcit his praepoſitionibus & illam, quae ſcribitur per. B. litteram, quam ab antiquis vſitatam ait, maxime in rationibus, & in accepti tabulis: nam quotiens acceptam pecuniam referebant, non dicebant à Longo, ſed ab Longo. & ait religionem hanc ſcribendi apud paucisſimos remanſiſſe: ſaeculo ſuo antiquos ſcimus & abs te dixiſſe: nos contenti ſumus à te dicere. Scimus ipſos & ab Lucilio dixiſſe. nos obſeruamus: vt praeponatur his nominibus, quae à vocali incipiunt: vt cum dicimus ab olympo. Abſumitur autem haec B. littera, quotiens nomina à conſonanti incipiuntur, vt à Romulo: Si quis itaque quaeſierit, quare nõ ab Iunone dicamus, ſed à Iunone, meminerit hic litteram .i. pro conſonanti poſitam: de qua latius & ſupra diſputauimus. Abſque verò, neque nominibus, neque

his

his partibus orationis, cum quibus in cõfuſio-nẽ non venit, adiungitur, abs te enim duae partes orationis ſunt. ſcilicet verbis cum quibuſdã vnitate conſenſit, vt abſtinet, abſcondit. haec enim pars orationis compoſita eſt: & quoniã & accõdit * habet, & abſcondit durius ſonabat, interuenit. p. littera quae exornaret auditũ. de qua ſcriptione illud quaeritur, vtrum per. p. an per. b. & .s. debeat ſcribi. quòniã ea quae apud nos. t. litterã ſonant, putant pleriq. per p. & .s. ſcribenda, quoniam & Graeci pronuntiauerunt per. χ. litterã conſtare ἐκτοῦ πίονος. Sed qui origini verborũ propiores ſunt, verbũ ſcribunt; & in eo quod eſt appello, quod alterũ ſit naue appellẽtis, aliud verbi cauſa, pecuniam appellantes. Videmus autẽ propè in omnibus verbis, quae à. p. littera incipiunt, hanc praepoſitionem cogi, vt. b. littera omiſſa. p. geminet, vt ab eo quod eſt paret, apparet: & in eo quod eſt ponit, opponit; & pungit, oppungit: ſic in his partibus orationis quae incipiũt à littera. c. non facile poteſt hac praepoſitione admota ſonare. D. littera. Haec ſimiliter littera geminatur, in eo quod eſt capio, accipio: itaq. Lucilius, *Atque accurrere ſcribas. D. ne an T. non eſt quod quaeras, atque labores.* Ille quidẽ non putauit intereſſe ſcripturae. Sed ſcilicet ſi ſonus conſulitur, intereſt aurium, vt. T. potius quàm. D. ſcribatur. Vt ſi quis in his quaerat vocibus, quae incipiunt à littera. T. meritò indifferenter ſcribant, attineat, attentus, attẽtas: quoniam vtralibet littera ſcripta eũdem auribus ſonum reddũt. Nec minus ea quae à. g. littera incipiunt, variant huiuſmodi enuntiationis praepo-

ſitionem

ſitionem. Eſt etiam vbi neceſſe eſt hanc.d.litterã interire, nulla alia ſubſtituta, vt in eo quod eſt aſpicio, aſcendo. at vbicunque.T. littera ſcribitur, nec in vnitatem venit cum alia parte orationis, ſine dubitatione vicem alterius partis orationis oſtendit. & eſt coniunctio diſiunctiua, ita vt Perſius: *Ac te nocturnis iuuat impalleſcere chartis*. Quod ſi erit praeſcriptum ad, non tantum orthographia peccauit, ſed etiam ſignificatio errauit. Eſt etiã vbi tranſeat.d.in.l.ſi ab hac eadẽ littera vox ſequens incipiat, vt eſt alligere: nec ſemper tamen, quoniam dicimus adluere, & adloqui, & alibi. Abbire etiam quidam geminata.b.maluerunt & dicere & ſcribere, vt intermiſſa.D.& in hoc nullam differentiã putat eſſe Lucilius, qui ait, *Abbire non multũ eſt.d.ſi & an. b. habet*. Ex præpoſitio habet obſeruationẽ in qua interdũ interit.χ.littera, vt in eo quod eſt, ebibit, enũtiauit, emouit; nec tamen poſsis ita definire, vt dicas tunc hãc litterã interire, quotiẽs ſequẽs vox incipit à conſonanti: hoc enim arguit ipſa loquendi conſuetudo, cum dicimus excellere, extollere, & exquirere. In eo quod eſt expectatum, duplicem ſcriptionem quidam eſſe voluerunt, vt quotiens cum verbo, quod eſt expecto, praepoſita haec pars orationis fuerit.e.&.x.littera contenta ſit. quotiens autẽ cum verbo quod eſt ſpecto ludos, neceſſaria eſſè.s.littera inſertior ſit: vt in ipſa quoque ſcriptione ambiguitas deducatur, eius quod eſt expectare illum volo, & ſpectare mihi placet. Verum vno modo vtrũq. ſcribi licet: nec timere eã ambiguitatẽ, quae eſt multis verbis familiariſsima. Cũ in hac littera.χ.

etiam

etiam.s.poſita ſit & compoſita. Trāſeamus nūc ad aliā praepoſitionē.ob. Praepoſitio interdū ponitur plena, ut eſt obire, obarare; interdū ad eā litteram tranſit, à qua ſequens uox incipit, ut eſt offuſit, omminauit. Itē ſi.p.ſequat, ut oppoſuit. Similiter quidam & in eo quod eſt obſtitit.p. ſeruare maluerunt, quia haec littera ſemiuocali confuſa, eius litterae ſonum exprimit, quae eſt apud Graecos.ψ.atque hanc illi duplicē conſtare dicunt ex.p.&.s. Huic ſimilis eſt & ſub praepoſitio, quae interdum.b. litteram ſeruat, vt in eo quod eſt ſubdit; interdum mutatur vt ſupra dixi in eam litteram à qua ſequens incipit. Verùm vt in eo quod eſt ſufficit, ſuffodit; & in eo quod eſt ſummauit, ſumminiſtrauit; atque in eo quod eſt ſuppoſuit. atque animaduertimus in ſemiuocalem tranſire, vt in eo quod eſt ſuſtulit, & ſuſcepit; nec non variat ſignificationem, geminam enuntiationem litterae ſequentem vocem inchoantis, vt eſt ſuſcipere: aliud eſt enim amicum ſuſcipere, aliud aquam ſuccipere. At in praepoſitione. de. minimū eſt obſeruationis quantum ad orthographiam, non quòd ad ſignificationem pertineat, plena enim in compoſitionibus ponitur, vt deducere, depellere, demonſtrare, deſtruere. Nam ſi quando.e,in.l. litteram tranſit, ab alia praepoſitione originem ducit. Cum enim dicimus dimouit, vt eſt, *dimouit obſtantes propinquas*, &, *tua terris didita fama*, iam non eſt ad praepoſitionem, ſed veritatem quandam amplectitur vocis. In hac tamen.de. praepoſitione, quam dixi plenam praeponi, animaduertendum illud, quod imminuitur,

nuitur, ſi quando ſequens vox aliter incipit, vt eſt deerrare, deeſſe: qua enuntiatione ſufficit ipſa productio. Et quatenus incidimus in mentionē praepoſitionis, Dis, adnotabimus & illam plenam praeſcribi ceteris, niſi his partibus orationis, quae incipiunt à littera. M. vt dimouit, aut N. vt dinoſcit, aut. L. vt diluit, aut. b. vt dibucinat, aut. g. vt digerit, aut ſi à. d. littera incipit, vt dedidit. quomodo Virgilius, *tua terris didita fama:* aut in. f. litteram tranſit, ſi ab hac eadem ſequens vox incipiat, vt diffudit. Per verò praepoſitio omnibus integra praeponitur, niſi cum incidit in. l. litterā ad finē conſonantē, quā elegātioris ſermonis viri geminare magis voluerunt, quàm. r. litterā exprimere. vt compellabor malint dicere quàm compelabor, nec aliter apud Lucilium legitur, *In praepoſitionē per. l. liciendo quod eſt inducendo geminat. l. pellicere malunt quàm perlicere.* Vnde & apud Virgilium non aliter legimus, *pellacis Vlyſſi*, & à perluendo perluis. & apud antiquos triſyllabum pelluis, quae nunc in ſynaereſi peluis dicitur. Quatenus praepoſitiones proſequimur non alienū eſt, Re quoque praepoſitionē notare, vel ideo, quia non contenta quibuſdam partibus orationis plena praeponi. b. litterā adſumit, vt in eo quod eſt redis, & redolere, quia duae vocales in concurſu hiabant. Sed interdum haec. d. littera geminatur, quotiens ab eadem littera ſequēs vox incipit, nec tamen ſemper: ſi quidem reddere dicimus geminata. d. renouare ſimplici vtimur. Vnde adnotanda imperitia eorum, qui ſic reducere geminata. d. littera volunt enūtiare, quaſi

reddere, tanquam neceſſe ſit, totiens eam dupli cem eſſe, quotiens ſequens vox ab eadem littera incipit. Trans quoque praepoſitio nonnullam habet obſeruationem, nam interdum plena eſt, vt tranſtulit: interdű minuitur, vt traijcit; traduxit: nec non ab alijs plenè ponitur, ab alijs lenitatem intuentibus minuitur, vt in eo quod eſt, tranſmiſit, & tramiſit. alij tranſpoſuit, alij trapoſuit: quàe obſeruatio orthographiae mixta eſt. s. ὀρθοεπείας. quaeritur etiam ſi habet deſtructionem ſuam, tamen huic quaeſtioni familiariter implicata eſt, in ὀρθοεπείᾳ enim quid decentius ſit, & quid lenius quaeritur. nec laborat ille qui ſcribit, cum id quod dicatur χαρισταλον in ὀρθογραφίᾳ, eò ſcrupuloſior quaeſtio eſt, quòd nonnunquam vnus ſonus eſt, aut perexigua ſuſpitione diuerſus. Interim quaeritur ſcriptio, vt cum dico eiecit, & alius per vnam. i. litteram ſcribit, alius per duas: cuius iam mentionem fecimus, cum de litterarum poteſtate loqueremur. quapropter ſuperſedendum exiſtimo. Nec minus de. v. littera locuti ſumus, quã interdum vicem conſonantis retinere diximus, vt cum ſcribimus vultum, & geminata. u. diuerſa poteſtate ponitur. ſic rurſus cum ſcribitur nens, gens, & omnes deinde caſus. item primitiuus, & ſi qua his nomina ſimilia ſunt, eandem obſeruationem habebunt, & illam ſcriptionem, qua nens. u. &. o. littera nominabatur, relinquemus. Antiquis variè etiam ſcriptitatű eſt *mancupium, aucupium, manubiae*. Siquidem C. Caeſar per. i. ſcripſit, vt apparet ex titulis ipſius. At Auguſtus. i. per. u. vt teſtes ſunt eius inſcriptiones.

nes. & qui per.i. ſcribunt, illam rationẽ ſequuntur, quòd aliae quoq. denominationes per eandem litteram exeant, vt cum manicas, maniculum, quibus nomen apponi poteſt, quod per.u. manuleus dicimus. Item qui aucupium per.u. ſcribunt, putant ab aue occupanda dictum; aut quia aucupium ab aue capienda, cum à littera.e. in.i. familiaris tranſitus ſit. quibus aequè opponi poteſt non minus in.i. tranſire, quàm in.u. nam & ab amico fit inimicus, & à ſalſo inſulſus. ſequitur igitur electio, vtrum ne per antiquum ſonum, qui eſt pinguiſsimus, &. u. litteram occupabat, velit quis enuntiare, an per hunc, qui iam videtur elegantior, exilius, ideſt per.i. litteram has proferat voces, in quibus. v. littera videtur eſſe ſuperuacua: vt cum & ſcribimus & pronuntiamus arguere: ſiquidem & vrgeo, & vngo hãc nõ deſiderãt litterã, vt apparet ex ſcriptis antiquorũ, quorũ elegantiã & auctoritatem ſequendam ſupra diximus, cũ enuntiandi & ſcribẽdi ſoluta ſit.* difficultatem hanc. Nonnulli inuẽti ſunt, qui diſtinguere quoque ſine.v. littera & ſcribere, & dicere maluerunt, adijcientes illam rationem, quòd diſtinguere, eſt interpoſito puncto diuidere, atque diducere. necnon quidã hoc ipſum diſtinguere arbitrantur dictum παρὰ τὸ ςίζειν, ſiue quòd diſtinguatur res illa quae ſcribitur, ſiue quòd tingat id quod inſcribitur, tamen in hac voce ſic.v. litterã occupauit conſuetudo, vt non facile poſsit auelli. Nõnulli etiã variè, modo p. v. modo per i. ſcripſerũt artibus, vt cum iuxtà ſignificationẽ arcus eſſent, vt arcus & partus, v. littera in dati-

uo ſeruaretur. Si verò eſſent artes, vt arces & partes, tunc idem illi caſus per.i. litteram ſcriberentur. Mihi videtur nimis ruſticana enũtiatio futura, ſi per.u. extulerimus, ita tamen exiſtimo enuntiandum, vt nec nimis.i. littera exilis ſit, nec.u. litteram ſcripſeris enuntiationis ſono cum nimis pleno, ac meminerimus artis ὀρθοέπεια eſſe, vt ſiue hac ſiue illa littera ſcripſeris, enuntiationis ſonum temperet. Idem puto & in clipeo per.i. ſcripto obſeruandum: nec audiendam vanam Grammaticorum differẽtiam, qui alterum à clependo putant dictum: & de hac littera quaeritur, quae ſe cum his aut inſeruit vocibus, aut praepoſuit; inſeruit, vt in his, vehemens reprehendit, cum elegantiores & vehementer dicant. In reprehendit ſecundum primam poſitionem: prendo enim dicimus, non prehendo: at praepoſuit, vt cum dicas hoſtis, harena, halicam, & aliculam, cũ ab alendo poſſit alica dici, & aliculam exiſtiment dictã, quòd alas nobis iniecta contineat. Hortus quoque nõ deſiderabat aſpirationẽ, quòd ibi herbae oriantur, ideſt naſcantur, ſed tamen à conſuetudine accepit. & cohortes aequè à coercendo ex eodẽ loco dictae ſunt: & eam differentiam quidã eſſe voluerunt, vt cohortes militum cum aſpiratione, à mutua hortatione dicantur. Item nonnulli harenam cum aſpiratione, ſiue quoniam haereat, ſiue quòd aquam hauriat, dicendam exiſtimauerunt: alijs ſine aſpiratione videtur enuntianda: Nos non tám per illas cauſas, quas ſupra propoſuimus, quàm propter originem vocis; ſiquidem, vt teſtis eſt Varro, à Sabinis faſe-

na dicitur: & ſicut.s.familiariter in.r.tranſit,ita.f. in vicinam aſpirationem mutatur. Similiter ergo & hoedos dicimus cum aſpiratione, quoniã foedi dicebantur apud antiquos. Item hircos, quoniam eoſdem aeque fircos vocabant. Nam & è contrario, quam antiqui habam dicebant, nos fabam dicimus. Cilonem quoque & cocleã & cocleare ſine aſpiratione ſcribemus, & quicquid per cõſuetudinem aurium ita licuerit enũtiare. Non enim firmum eſt catholicum Grammaticorum, quo cenſent aſpirationem conſonanti non eſſe iungendam: cum & Carthago dicatur & Pulcher, & Gracchus, & Otho, & Bocchus. T. quoque & D. litterae, quae ſunt inter ſe affines, nonnullam habent obſeruationem, ne intempeſtiuae inuicem ſuccedant. Nam ſcimus diuerſas partes orationis fieri, cum modo per. D, modo per. T. ſcribimus: cum. T. coniunctionem diſiunctiuam facit. ***At regina graui iamdudum ſaucia cura.*** Ad per. d. praepoſitionem, vt, ***ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco.*** Item, quit, verbum per. T. ſcriptum, verbum eſt tertiae perſonae, cuius prima eſt queo. at per. d. pronomen, neutri generis: ſimiliter quot per. T. aduerbium numeri eſt, cui contrarium eſt, quod per. d. pronomẽ, & generis neutri: aliud eſt enim quod volumen, & quot volumina: nam quod volumen per. d. ſcribi debet: quot volumina per. T. eſt aduerbiũ numeri, quod ſolent quidam apud poetas confundere: ***Quot prius aeratae ſteterant ad littora naues:*** qui enim per. D. ſcribunt, turbant ſententiam, cum pronomen accipiunt pro aduerbio numeri. eſt enim tot

nymphae, quot naues ante fuerunt. Non dubitatur verò quin apud per. D. ſcribi debeat, quoniam nulla praepoſitio. T. littera finitur; ſtatim melius ſonat propter nimiam. T. litteræ exilitatem. Sed verò coniunctio, quamuis lege Grammaticorum per. T. litteram dicatur, quoniam D. littera nulla coniunctio terminatur, neſcio quomodo tamen obrepſit auribus noſtris, vt D. litteram ſonet, cum dicimus: *Progeniem, ſed enim Troiano à ſanguine duci, audierat.* vbi quaerendum erat, contra ne adloquimur ſcribendum ſit, an ſecundum ſcriptionem loquendum. Q. quoq. littera facit differentiam vocum, ab antiquis maximè obſeruata. quoties pro aduerbio temporis ſcribebant. Q. littera vtebantur; pro praepoſitione, c. ponebant: aliud eſt enim, *Quum ſubito adſurgens:* aliud: *Cum fluctu.* & haec pronomina; quis, & qui, per. Q. cenſuerunt quidam ſcribenda, quò magis ſeruaretur origini fides, vt quom quis incipiet, à. q. ſiquis quod, hoc amplius, quò pinguior eſſet enuntiatio, o, quoq. inſerebant, & pro qui, quoi ſcribebant: nos ad breuitatem feſtinauimus ſcribendi, nullam pinguitudinem limare maluimus, tã hercule, quàm quò magis quod qui genus eſt ἐτυμολογίας.* eſt enim cui res quod ſignificat: ob quam rem ex hoc retinuit conſuetudo hodierna, vt diceremus: quare quo vna ſyllaba caſtigatum ſit cur, quod nos contenti ſumus per. c. ſcribere, & de praepoſitionib. quidem ad rectam ſcriptionem pertinentib. quantum memoria ſuppeditauit, & inpraeſentia interim ſatis ſit. Ad ceteras igitur quæſtiones tranſeamus, in quibus animaduerſo

apud

apud pleroſq. confuſam tractationẽ ὀρθοεπείας, & ὀρθογραφίας, cũ inter ſe diſtent. nam ὀρθοέπεια non quaerit quomodo ſcribendum ſit, cum ad vocem legis adlegatus ſit ille, qui ſcripſit. Sed eſt quæſtio in loquendo, vt forcipes, & forpices: & arceſſo & accerſo: his enim minimum erit dignoſcere quomodo dicantur. proinde ac dixero ſcribes mihi, quibus tamen adnotauimus veteres per tranſmutationem ſyllabae forcipes dixiſſe. Nam & Virgilius: *Verſantq́ tenaci forcipe maſſam*. forcipes dicimus ab eo quod formum capiant. i. calidum. & in eo quod eſt arceſſo, & accerſo putauerunt quãdam differentiam eſſe, vt accerſo ſit voco, tractum ab acciendo: arceſſo, ſummoueo, ab arcendo tractum. Sed errauerunt. Arceſſo enim pro eo quod eſt arceo nunquam poſitum eſt. Verum, quod putant. a. litteram obſtare ſignificationi, errant. D. enim non minus in. k. litteram tranſit, quàm in c. cum dico & accedo & accommodo, quàm apud antiquos in aruorſo, in aruorſario. Vnde pro audiculis ab audiendo auriculas dicimus: & meridiem pro medio die loquimur. Id ergo nihil intereſt, vtrum arceſſo, an accerſo dicant, eadem ſignificatione manente. At proprium ὀρθογραφίας eſt, quotiens in vocis enuntiatione nihil videmus ambiguum: at in ſcriptione tota haeſitatio eſt poſita: vt cũ dico Troia per. i. vnũ an per duo ſcribere debeã: & coicit, vtrum per vnũ. i. an per duo, an ꝑ tria: vt cumq. eſt nõ littera ſuccedat. i. tacita, & altera. i. ſuccedat rurſus, altera. i. manẽte priore, quae pro conſonãte poſita eſt, & ſic fiat eiijcit & coijcit: de qua re in

ſuperioribus plenius dictum eſt. Item, qui, vtrũ per. q. an per. c. debeat ſcribi, quia nonnulli inuenti ſunt. qui. q. litterã illo catholico tuerētur, quod nonnulla vice per declinationem prima littera immutetur. Ita cum ſit quis, cuius, & qui per. q. litteram cenſent ſcribendum: nec poteſt in quibuſdã ὀρθογραφία cum ὀρθοέπεια miſceri, vt enunciatio cum ſcriptione pariter titubet, vt in accuſatore, comiſatore: Vbi quaeritur geminatis conſonantibus, an ſimplicibus ſcribendũ, & enuntiandum. In quibus mihi placet vt accuſator per duo. c. & comiſator per vnum. ſ. ſcribatur. nam quomodo in eo quod eſt in cuſare, cuſare nihil eſt. & accendere, cendere per ſe nihil eſt, dicimus tamen & accendere & incendere. At in comiſatore vtramq. conſonantem ſimplicem ponamus: nam aut à comitate vox ducta eſt, aut à Graeco παρὰ τὸν κῶμον. ſ. verò geminata vocis ſonum exaſperat. Sic pariter & elegantiam enuntiandi, & ſcribendi breuitatem conſequimur. Nec non & ibi ὀρθοέπεια ὀρθογραφία coniuncta eſt, vbi quaeritur foenoris, an foeneris dicant, quoniam nomen inde tractum, dicimus foeneratorem. Item facineris non facinoris, quoniam facineroſum vocamus. Sic etiã *delirus* placet Varroni, non *delerus*: nõ enim, vt quidã exiſtimãt, à Graeco tracta vox eſt παρὰ τὸ ληρεῖν, ſed eſt latine ſulco. Itaq. ſicuti boues cum ſe à recto actu operis detorſerint, delirare dicuntur, ſic qui à recta via vitae ad prauam declinant, per ſimilitudinem tranſlationis item delirare exiſtimãtur. Placet etiam vt Delmatiam, non Dalmatiã pronuntiemus, quo-

niam

niam à Delminio maxima ciuitate tractum nomen exiſtimetur. Ferias quoque non fereas, quoniam apud antiquos feſiae non feſeae dictae ſunt. Item ariſpex ab ariuga, quae eſſet hoſtia, non aruſpex, & quamuis commendo dicamus, tamen mando in conſuetudine eſt. Hinc noſcuntur etiam quæſtiones interdum, quibus noua à veteribus diſcernãtur. Vtrum abſorbui, an abſorpſi, cum ad hãc diſputationem pertinere nõ debeat, niſi quod propriũ eſt ὀρθογραφίας, vtrum per. b. an per. p. abſorpſi ſcribi debeat: & alijs ſequendam. b. litteram, quoniam ſorbere dicamus, alijs. p. quoniam quaecunq. apud Graecos per. ψ. ſcribuntur, & conſtant hac littera πσ, apud nos per. p. ſcribendum. Ideoq. in ſimilibus ſeruandum, vt in eo quod eſt vrbs, & nupſi, & plebs, ac ceteris. Mihi verò placet vt in Latino ſermone antiquitatis religio ſeruetur, vt potius ſorbui, ſecundum auctoritatem eruditiſsimorum & eloquentium uirorum dicamus, quàm ſorpſi; cum recens hæc declinatio ſordidi ſermonis virus ceperit. Item terui, & triui, non adſcribo huic diſputationi, ſed conſuetudini, ſed nouae & veteri adnotationi, nam & Virgilius ſecutus antiquos, cum poſſit dicere teruiſſe non impediente metro, maluit dicere, *Nec te poeniteat calamo triuiſſe labellum.* &. *Hinc radios triuere rotis.* Hinc naſcuntur etiam diuerſarum ſignificationum quæſtiones, actarios an actuarios & dicere & ſcribere debeamus, cum actuarios canes quidem ab actu appellemus: actarios verò ſcriptores actorum: necnon & eum qui actum agit, actuarium voca

ri voluerunt. Item alium eſſe Cilonem, alium Chilonem: & Cilones homines vocari anguſti capitis & oblongi, Chilones verò improbioribus labris homines à Graeco παρὰ τὰ χείλη: Talis quaeſtio eſt circa cohortes & coortes: vbi diuerſã eſſe ſignificationem voluerunt Grãmatici, vt coortes ſint villarum, vnde homines cooriantur pariter. oriri enim apud antiquos ſurgere frequenter ſignificabat: vt apparet in eo quod dicitur: *Oriens conſul magiſtrum populi dicat*; quod eſt ſurgens. at cohortes militum à mutua cohortatione. Nam cortes audimus quidem vulgò, ſed barbàre dici. De ſuperiore differentia mihi aliud videtur, quod cũ ſuperius de aſpiratione loquerer, oſtendi. Id quoque illum ſibi locum feciſſe, cum alioquin non deſideraretur, vt in vehemente, & in reprehenſo: cùm vehemens, & reprehẽſus ſine aſpiratione emendatius dicatur: nam tam militum, quàm ruſticorum cohortes ſunt. ſi quidem & milites, è ruſticis & ex eiuſdem regionis hominibus conſcribebantur, vt & agnoſcere & tueri inuicem poſsint, quod genus etiam vtilitatis apud Homerũ eſt, qui ait, ὡς φρήτρη φρήτρηφῖν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις. Sanè aſpergo, & aſpargo habent differentiam ſuam. Siquidem aſpergo verbum, & aſpargo nomen. Itaq. vt Virgilius ait: *Salſa ſpumant aſpargine cautes*. Aquam quoq. per. q. a.q.u.a.m. ſcribentes, nomẽ oſtẽdimus & triſyllabum: per. c. verò verbũ ab eo quod eſt acuo; & acuere, vtinam acuam. Aurifex melius per. i. ſonat, quàm per. u. vt aucupare, & aucupium. Mihi rurſus melius videtur ſonare per. u. quàm

per

per.i.& idē tamen aucipis malo,quàm aucupis, quia ſcio ſermonem & decori ſeruire,& aurium voluptati, vnde fit, vt ſaepè aliud ſcribamus, aliud enuntiemus, ſicut ſupra locutus ſum. De viro verò & virtute, vbi. i.ſcribitur,& paenè.u. enuntiatur: Vnde Ti. Claudius nouam quadam litteram excogitauit, ſimilē ei notae, quam pro aſpiratione Graeci ponunt, per quam ſcriberentus eae voces, quae neq. ſecundū exilitatē litteræ, neq. ſecundū pinguitudinem litteræ ſonant, vt in viro & virtute: neq́. rurſus ſecundum latum litterae ſonū enuntiarentur: vt in eo quod eſt legere, ſcribere.Itaq. audimus quoſdā plena omni ſyllaba quoi & tibei,pro cui & tibi, quod multo vitioſius eſt, quàm ſi tenuitatem. i. litterae cuſtodirent. Eſt autem vbi pinguitudo. u. litteræ decentius ſeruatur, vt in eo quod eſt volumus, nolumus,poſſumus.at in contumaci melius puto.i. ſeruari:venit enim à contemnendo: tametſi Niſus & contumaci per. u. putat poſſe dici à tumore. Comprimo quoq. per. i. malo ſcribi,quamuis compreſſus dicatur:& è contrario,decem audacius dixerim, quamuis inde decies trahatur, quoniam vt ſupra dixi,ſono vſitatiore gaudet auditus. Niſo etiam placet, vt beneficus per. i. ſcribatur, quomodo maleficus, quod vides conſuetudinē repudiaſſe. Non enim ſi hae duae litterae. e.&.i. prius affinitatis recipiunt immutationem,ideo neceſſe eſt illas vbiq. ſemper immutari. Item antiquos ait per. e.&. i. ſcribēdum,quod ſignificat antiquei, quod mihi frigidum & ineptum videtur,& multò frigidius illud, quòd illei quoq. apud illū in vtraq. ſylla-

ba per.

ba per.e.& i. ſcribantur,quod ſit viſum:in ſupe riore enim nomine eſt ſaltem aliqua mentio. e. litteræ, etymologia nulla ſanè. baſim & peluim per. i. ſcribamus,quoniã & baſicula, & peluicu la ſcribatur,& ablatiuo caſu finiantur ab hac ba ſi,ab hac pelui. Alimenta quoq. per.i.elegantius ſcribemus,quàm alumenta per.u. Quaſdam verò ſcriptiones antiquis relinquamus, vt in eo quod eſt, cur: illi enim per quor ſcribebant, vt ſupradixi. nam & ipſum cui per quoi, quo pinguius ſonaret, contenti ſumus per cui ſcribere, vt plenitudine quoi ſufficiat. Namque nimiũ, & commercium quoq.per.i. antiquis relinquamus, apud quos aeque & Mercirius per.i. dicebatur,quòd mirandarũ eſſet rerum inuentor. & Varro dicit noſtris iam auribus ſcilicet per,e, & vt Mercurius & commercia dicantur.Item mijs per.i.nõ meis per.e.vt Terentius. *At enim iſtoc nihil eſt magis Syre mijs nuptijs aduorſum*. Coniunx,& ſeiunx ſine.n. non putat Niſus eſſe ſcribẽdum, quoniam genitiuo caſu faciat coniugis, & ſeiugis. Mihi videtur non euellendam hanc n.litteram, quã ſonus enuntiationis inſiſtit.Nam quamuis Idẽ ait nõ eſſe onerandam ſuperuacuis litteris ſcriptionẽm,rurſus non fraudandum ſonum exiſtimo,cum & leuior ad aures,et plenior veniat,vt in abſtinente arceſsitum eſt, vt in ambitum.B. ſi ergo licet coniugis genitiuo caſui & ſeiugis: coniux tamen, & ſeiux ſubtracta. n. littera & difficilius enuntiabitur, & aſperius auribus accidet. Sanè illo catholico ſe Niſus tuetur, qu o dicit in declinationibus litteram perire,quæ ſit in primis poſitionibus, vt pudens pudentis,

pru-

prudens prudentis. Ita ſi coniunx habet.n.litteram, neceſſarium inquit erit, & genitiuus quoq. n.litterã habeat, vt ſit quò ipſa ſpectare debuit: nam quòd amphiboliae tollẽdae gratia conſuetudo.n. litteram omiſerit, ambiguum: verum ab eo quod eſt coniunx trahatur, vt à nomine an à verbo, quod eſt coniũgo, non eſſe. Item illud verum, quòd quidam putãt ſeruandam eſſe vtriq. n.litteram à prima poſitione; per ceteras declinationes manifeſtũ eſt, vel R, his, quòd fingor dicimus, & tamen fictus; & pinguor, & tamẽ pictus: nec non & ipſa.n.littera in locum.m.redit, vt cum dicimus clandeſtinum, cum ab eo trahatur quod eſt clam. Itẽ ſinciput, quod eſt ſemicaput, ſed non vbiq. obtinendum, nã & nõnunquam plenius per.n.quàm per.m.enuntiatur. ac tum dico etiam nunc, quamuis per.m. ſcribam, neſcio quomodo tamen exprimere nõ poſſint. ſequenda eſt nonnunquam elegantia eruditorum, quòd quaſdã litteras leuitatis cauſa omiſerunt, ſicut Cicero qui *Foreſia, & Megaleſia, & Horteſia*, ſine. n. littera libenter dicebat: & vt verbis ipſius vtamur, *poſmeridianas quoq. quadrigas*, inquit, *libentius dixerim, quàm poſtmeridianas*. Sic & doſſum per duo.ſ.quàm per.r.dorſum quidam vt leuius enuntiauerunt, ac tota.r. littera ſublata eſt in eo ruſum, & retroſum. Cocum nonnulli in vtraq. ſyllaba per. q. ſcribunt: nõnulli & inſerta.u. In verbo etiam coquere pro quoquere Niſus cenſet, & vbiq. c. litteram ponendã tam in nomine quàm in verbo, quod mihi nimium videtur exile. Nam ſicut non eſt prima ſyllaba oneranda, ſic ſequens videtur explẽ


da, eò

da,eò decentius apud Virgilium legitur. ***Et certam quatit improbus haſtam***, ſecūda ſyllaba per q.ſcripta,quàm vt vtraq́. per c.enuntietur.K. locutionem quoq. Antonius Rufus per.q.dicit eſſe ſcribendā,quòd ſit ab eo quod eſt loqui.Item periculum & ferculum, quae nomina contenta eſſe.c.littera exiſtimo tam hercule,quàm illa vitioſe & dicere, & ſcribere. Per quo,quotidie dicunt, quàm per co,cotidie, cum & dicatur melius & ſcribatur. non enim eſt quotidie à quoto dictum,ſed à continenti die cotidie tractum. Nimium rurſus elegantiæ ſectatores non arbitror imitandos,tametſi Niſus auctor eſt,comeſae & eſueſae per vnum.ſ.ſcribamus. & dicit rationē, quia iuxta productam vocalē conſonans progredi nō ſoleat,& quoniā antiqui nō geminauerint. ſ.ſed loco geminationis notā ſuperpoſuerint: in quibus error eius manifeſte deprehenditur: nam geminare cōſonantes productis vocalibus iunctas vſus oſtendit. In quo dicimus etiam erraſſe, ſaltaſſe, abieſſe, calcaſſe. Quis enim neſcit malum vna.l.littera ſcriptum diſtare à malo,eodem elemento geminato.illo verò argumento, quo dicit notam ſolitam ſuperponi, oſtendit in enuntiatione ſolere geminari. Et quid iam intereſt vtrum notam an litteram ponas,cum alterutrum tibi neceſsitas exprimat? Sanè in eo quod eſt narrare,obſeruatum eſt,vt vnum.r.ſcriberemus,quoniam venit à gnaro,cui contrarium eſt ignarus. Rurſus quia pullum per duo.l. ſcribimus,obſeruauerunt quidam vt paullum repetito eodem elemento ſcriberent, quod mihi non videtur, quoniam enuntiari nullo modo poteſt.

Et

Et non eſt neceſſe id ſcribere, quod in verbo nō ſonet. Hic autem in longitudine ſyllabae antecedentis huic litterae obſtatur; Eſt enim quam Graeci dicunt δίφθογγος, iuxta quam omnino geminari conſonans non poteſt. nonnulli ſynaloephas quoq. obſeruandas circa talem ſcriptionē exiſtimauerunt, ſicut Verrius Flaccus, vt vbicunq. prima vox. m. littera finiretur, ſequens à vocali inciperet, m, non tota, ſed pars illius prior tantum ſcriberetur: vt appareat exprimi non debere. Eſt etiam vbi vocales ſubducebantur, ſi id aut decor compoſitionis, aut metri neceſsitas exigat, vt, *Adeo in teneris cōſueſcere multum eſt.* De aſpiratione niſi fallor aliquid iam locuti ſumus: repetendum tamen exiſtimaui ſermonem, propter eos qui hymnidem, hyacinthum, & hymenaeum variè ſcripſerunt. Alij enim praeponendam aſpirationem putauerunt; alij tamquam non neceſſariam omiſerunt. quoniam ſcilicet in communi lingua Graecorum nunquam non aſpirationem in ſe habet. u. littera quotiens incohat voces: nā quod ad Latina pertinet, in quibus latè aliquid ambigitur, antiqua conſuetudo reſpicienda eſt, quibus moris fuit, pro hac aſpiratione litteram dicere F. Itaq. harenā iuſtius quis dixerit, quoniam apud antiquos Faſena erat: & hordeum, quia Fordeum, & ſicut ſupra diximus hircos, quoniam Firci erant; & hoedi, quoniam Foedi.

FINIS.



CATALOGVS SCRIPTORVM QVI CITANTVR, EMENDANTVR AVT SVPPLENTVR IN NOTIS

A

Aelianus. Ammianus.
Acron. Apollodorus.
Apuleius. Ariſtophanes.
Ariſtoteles. Aſconius.
Arnobius. Agellius.
S. Auguſtinus.

C

Cato. Caeſar. Cor. Celſus.
Cor. Tacitus. Chariſius.
Cicero. Columella. Claudianus.

D

Diomedes. Dioſcorides.
Donatus.

E

Euſebius. Euclides.
Eutropius. Epigrammata Graeca.

F

Florus. Feſtus. Frontinus.
Fragmenta legum vetuſtarum.

G

Geoponicorum auctor.

H

S. Hieronymus. Hermolaus.
Horatius.

I
Iuuenalis. Iſidorus. Iunius Philargyrius.
K
Kalendarium Ruſticum Farneſianũ, & Vallenſe.
L
Lactantius Firmianus. Laberius.
Lucanus. Liuius. Lucilius.
Lampridius. Lucretius.
M
Martialialis. Marcianus Capella.
Macrobius.
N
Nicander. Nonius.
O
Ouidius.
P
Plinius. Pandectae. Plautus.
Placidus in gloſsis. Plutarchus.
Probus. Propertius. Ptolemaeus.
Palladius. Perſius.
Q
Q. Curtius. Quintilianus.
S
Seneca. Silius Italicus. Sotion.
Spartianus. Stephanus de Vrbibus.
Suidas. Statius. Suetonius.
Strabo. Seruius. Siculus Flaccus.
T
Terentius. Theocritus. Tibullus.
Theophraſtus. Tertullianus.
V T. Varro. Virgilius. Vitruuius.
Velius Longus. Val. Maximus.
Vegetius. Vibius Sequeſter.

CATA-

CATALOGVS
Scriptorum, qui citantur à Iunio Philargyrio, Velio Longo, & Seruio in locis emendatis.

A

Acilius. Auienus — Aſconius.
Afranius. Aſper. — Ariſtoteles. Aratus.
Aufidius Modeſtus. — Attius. Antonius Rufus.

C

Cato. Cornificius. — Caeſar.
Cor. Celſus. Coelius. — Cinna. Cicero lib. de glo ria, & in Talemaſta, & in Scauriana, & lib. 3. de de repub. & lib. 3. Philipp.
Carmen Saliare. — Carpinius.

E

Ennius,

H

Horatius.

I

Iuuenalis. — Iſocrates.

L

Leges Regum. — Lucilius. Lucretius.
Lucanus, & in libro de paupertate.
Lutatius. — Liuius.

M

Metrodorus. — Marianus Lupercaliorum Poeta.
Martialis. — Nigidius.

N

Nigidius. Nicander. Niſus.

O

Ouidius. Oledius Naſſo.

P

Plautus, & in vidularia. Plinius.
Pacuuius. Plato. Perſius.
Pliſthenes. Plinius Secundus.

Q

Quintilianus.

R

Rufus.

S

Salluſtius lib. Hiſtoriarum.

T

Terentius Varro in Aetijs, in Cyniſtore, in Agemodo, & lib. Admirabilium.
Terentius. Terentianus. Tiberianus.
Theophraſtus. Theocritus.

V

Varus. Varius. Varro Atacinus.
Valgius. Virgilius, eius luſus, & liber autographus.
Verrius Flaccus.

Z

Zeno.

INDEX RERVM NOTATV DIGNARVM

A

Ab, & abs praepoſitionum differentia. pag. 317.
Abs an per p. ſcribi debeat. 318.
Ad, in dictionibus incipientibus à conſonanti ſecundā litteram mutat. ibid.
Acheron locus vbi. 300.
Afranius explicatus. 74.
Ambulare nauibus tranſlata locutio. 1.
Ambitus et abſtinens pro amitus & aſtinens. 332.
Aucipium pro aucupio. 323. & 330.
Alicula vnde dicta. 324.
Arena antiquis harena, et vnde. 324.
Arceſſo & accerſo quid differant et vnde dicta. 327.
Auriculae vnde dictae. 327.
Ariſpex dictus eſt ab ariuga. 329.
Abſorbui an abſorpſi dici debeat. 329.
Actarij an actuarij dicendum. 329.
Actarij qui, & actuarij canes. ibid.
Aqua nomen triſyllabum. 330
Apricum vnde dictū. 300.
Aſſuetus pro contento. 288.
Auiaria quae ſint. 289.
Auiaria quis primus inſtituerit. 109.
Aſſes quo die ſoluerentur. 83.
Aſſurius pro Aſſyrius. 73.
Aqua caduca quae. 108.
Antiquus Latinorum ſermo qualis. 307.
Accentus immutat ſignificationem in eadem dictio-

ne. 310
Ai pro ae apud veteres. 315
Ab praepoſitio in accepti tabulis. 317
Antiqua formula legũ vetuſtarum. 9
Ad vrbem, pre, prope vrbem. 79
Agellij locus. 38
Aperire fabulam. 93
Acna quid. 161
Amineae vites quae. 15. & 152. & qui eas in Italiã tranſtulerint. 239
Aedera pro Hedera, & vnde dicta. 233
Amatori quae requirantur. 236
Anapeſtus Cupidini ſacer. ibidem.
Apuleius lib. 1. florid. explicatus. 18
Apica quid. 74
As ſextantalis 27. & 28. Ibidem locus Plinij & Feſti.
Anniuerſarij ſerui. 33
Alſioſus δύσριγος. 79
Andronici Cyrrheſtis octogonon. 110
Auiarius pro curatore auium. 118
Apes vbi fieri debeãt. 127. oderunt vnguentorum delicias. 129. illis cornus cauenda. 132. vt reuiuiſcant. 135
Ad veſicã pertinere quid. 136
Acua pro aqua. 200
Antiqui mutas & ſemiuocales non geminabant. 201
Ancilium condendorum religio. 203
Aquire palum. 200
Ablaqueare arbores. 209. & 210
Ara prouidentiae. 224
Agri luſtrandi formula. 227

Antes

Antes quid. 247
Aonius pro Boeotio. 251
Anthiſae maiores. 252
Anuli palea. 253
Aſilus muſca. 257
Axis pro ſeptentrione. 262. & 288
Alpes Gallorum lingua quid. 264
Ager ſaturus, & color meracius ſaturus. 274
Actiace prius Atticae. 278
Affectare pro Intendere. 280
Aut particula eodem verſu ter repetita. 284

B

Baleares inſulae vnde dictae. 238
Bauius et Maeuius Poetae quales. 233
Bagienni Ligures. 54
Belare prius beelare. 67
Bidental quid. 228
Bouerum pro Boum. 5
Bona et mala nomina quae. 146
Bonas preces precari vetus formula. 7. & 230
Botaniſmos. 43
Byzacius campus. 51
Boues mutili qui. 54
Bouem priuſquam ouem nominare cautũ legibus. 67
Bona & mala aetas quae. 74
Brochus & brochi dentes. 89
Buxum neutro genere. 248
Boues Camuri, patuli, laeui & ſicini, qui. 253
Buſiridis ſacrificia. 251

C

C. Littera pro g. 3
Canes δράκες. 173
Capi vt caſtrentur. 117

Caldor. 120
Caniſtra et ciſtas quis excogitarit. 237
Clitumnus Deus & amnis. 240
Compita quid 246.*et Compitalicij Lares.* ibid.
Cilicia vnde. 261
Columella emendatus & explicatus. 2.3.15.21.
27.38.75.98.105.115. 135
Confriari & infriari. 3.61
*Cato apud Nonium emendatus.*9. *Idem explicatus apud Varronem.* 37
Caralis Sardiniæ ciuitas. 33
*Calda pro calida.*9. 31
Calles quid. 76
*Ciceronis locus lib.*4.*de repub.*42. *Idē lib.*3.*de nat. deorum explicatus.* 71
Cauſa cibali. 97
Catulitio & catulire. 94
Culleum quantum contineret. 15
Couella pro caeleſti. 200
Caper nomen Graecum antiquum. 83
Capra vnde. 67
Conſtare auro contra. 17
Capraſiae inſulae hoedi. 80
Centuria vnde Ibidem locus Siculi Flacci. 28
Cinctus Sabinus. 68
Cæſar lib. 3.*de bel. Gal.emendatus.* 69
Commiſſum & committere quid. 71
Catonis locus ex coniectura explicatus. 83
Cnęcum ad cogendum lac. 98.et 172
Ciſtella ſuffragiorum. 111
Caena adijcialis. 11
Cohortalis auis quae.

Choreuſe Lydorum inſulae vnde dictae. 138
Cedere alicui de diſpoſitione, locutio Latina. 140
Cretenſium numiſmata argentea. 179
Chariſtia feſta 202. *Coinquere.* 227
Caenarum tria genera. 235
Cinna Poeta Smyrnã ſcripſit obſcurum poema. 236
Cura pro amore. 238
Creſſa pro bona 261. *Cydippes fabula.* 265
Cuſtos pro prohibitor. 268
Corycij nobilis hortorum cultura. 269
Canopus vnde dictus. 273
Confidentia apud veteres quid ſignificaret. 278
Cocytus vnde dictus. 279
Ciconum gens vnde dicta. *ibidem.*
Callimachi Aetia. 283
Canes Moloſſi & Laconici. 293
Curio Caeſari Romam quãti vendiderit. 301
Caia qua nota ſcriberetur, et qd priſcis ſignificaret. 310
Clipeus vnde. 324
Cohortes vnde dictae. 324
Coortes vnde et quid. 330
Cilones pro chilones, et qui ſint. 325. & 329
Comiſator pro comeſatore, & vnde. 328
Cur pro quare, qur. 326
Contumax vnde 331. *Clandeſtinum vnde.* 333
Coniectura de loco Varronis emendando. 72
Coniux an coniunx dicendum. 332
Conſonans poſt productam vocalem geminatur. 334

D

D. Littera mutata in R. 327
De praepoſitio in compoſitione nõ mutatur. 320
De praepoſitione Dis. 321
Datiui artibus & artubus differentia. 322. et 324

Diſtinguere an ſine v. ſcribi debeat. 323
Dalmatia vnde dicta. 328
Doſſum pro dorſum. 333
Defrugatio et defrugare. 2
Dirimere ſuffragia. 102
Depetigo quae Nonio petigo. 9
Debilo. 77. *Deficere animum.* 135
Dextrae et ſiniſtrae tibiae quae. 18
Deſtitutus pro fixo. 38
Diſcolores cerae. 137
Digitabulũ, & digitale. 57
Defrutum. 61. *Deana pro Diana.* 210
Dis penatibus ſacrificium Ianuario menſe. 201
Dolea picare. 209
De caeli ſpatio, et tribus vlnis apud Virgilium pulchrae explicationes. 234
Daphnidis paſtoris mortis cauſa. 235
Diem feſtum agere magnũ orbem quid. 245
Dionyſia ludi antiquiſſimi. 246
Dierum breuium & longorum cauſa. 249
Dacorum ad bellũ progredientium mos. ibid.
Deprehenſus verbum nauticum. 277
D. & T. litterarum obſeruatio. 325
Duilius antiquis Bilius. 290
De Seruij loco coniectura. 301
Digitorum ſonus pro ſignificatione. 305
Deſſedes nomen. 313
Due vocales quando conueniunt in ſyllaba quid efficiant. 316

E

E Praepoſitio auget & minuit. 269
Ei pro. i. apud veteres ſuperfluae. 313
Ex praepoſitio quomodo iungatur verbis. 319

Echo latine Imago. 267
Encauſto pingere quid. 137
Endo pro in. 140. & 141
Ergo pro merito. 247
Etruſcorum imperiũ. 250
Eques pro equo. 254
Epirotici athletae. 66
Electrum vt probetur. 301
Exceptionum antiqua formula. 75
Ennius quo anno mortuus. 100
Eſſe pro abeſſe. 104
Excãdefacere annonã. 105
Exta porricere quid. 7. & 43
Erithace quid. 130

F

F. Littera pro H. 325. et 84
Feriae in familia quid. 7
Fertum quid. 8. & 228. *fros.* 41
Feſtus illuſtratus & emendatus, & ſuppletus. 12. 99. 142. 282. *eiuſdem fragmentũ manu Pomponij Laeti deſcriptum apud. F. Vrſinum.* 12
Forum Licinij vbi. 16
Feſſus pro aegro. 65
Fordicidia & F. pro. H. 84
Foedus pro boedus. Ibid. & 335
Fircus pro Hircus. 84. & 326
Fundania Varronis. 99
Falere circum ſtagnũ. 110
Fortaſſe an, frequens loquendi formula apud veteres. 111
Fucus qui & fur. 131
Foenicifium 207. *fiſcinae.* 41
Fraceſcere. 31

Frumen-

Frumentaria meſſis. 208
Fragmenta inſcriptionum Fratrũ Arualium. 213
Fulguritae arbores. 227
Fulminis reliquiae ſepeliebantur. 228
Frondoſa vitis quid. 233
Fucus cerae genus. 266
Formũ apud veteres quid. 270.302.& 327
Forcipes vnde dicti. 327
Feriae antiquis feſtae. 329

G

GRandire. 13.& 14
Graue pro multum. 39
Gelus & gelu. 52
Geoponicorũ locus emẽdatus. 85.88.90.96.98.120
Gener vnde dictus. 303
Gallinae Medicae. 122
Grex effectus. 175
Giluus color & glaucus. 254
Glaucifabula. 259
Ganymedes pro Aquario ſigno. 260

H

H. Littera ſupplet vicem duarũ conſonantiũ. 309
Horatij uerſus apud Seruiũ correctus. 298. *Idẽ explicatus.* 32
Hoc aliter, vetus formula ſententiam dicentium. 78
Hordicalia dies in faſtis qui, & fordicidia. 84
Horteſia pro Hortenſia & Megaleſia et Foreſia ſine littera n. 200.& 333
Hordearia meſſis & Fabaria. 208
Heureſis, de ea coniectura. 211
Hirqui pro oculis, ibi Virgilius explicatus. 233
Hydaſpes Indiae flumen cur à Virgilio dicatur Mediae. 271

Hebrus

Hebrus vnde dictus. 280
Hirqui pro hirci, antiquis firci. 317. & 325
Hirquitalli. 317. *Hortus vnde dictus.* 324
Harena vnde dicta 324. *antiquis Faſena.* 335
Hoedi antiquis foedi. 325. & 335
Hordeum prius fordeũ. 335
Haba pro faba. 335
Hymnides, hymenaeus, & hyacinthus an ſine aſpiratione ſcribi debeat. 335

I

I. Littera interdum pinguis, interdum exilis. 307
I. geminata & triplicata. 312. & 314
In exponendis auctoribus quae conſideranda. 297
Ianual quid. 6
Inſtrumentum fundi, differt à fundo inſtructo. 116
Incentiua tibia & ſuccentiua. 19
Iugum vnde. 26. *Interdius.* 95
Iugerum appellatum as, & ſuper eo locus Varronis de lingua Lat. 27
Illicium quid. 115
Iugeri pars ſubciſiua, ſuper ea locus Frõtini & Siculi Flacci. ibid.
Irpus lupus. 66. *Iſidorus emendatus.* 67
Inſcriptum pro non ſcriptum. 70
Impedatio vineae. 158
Inciere verbũ, in quo ſaepe à librarijs peccatur. 172
Iſidis & Serapidis ſacra res. 205. *Iſiaci.* ibid.
Iſidis nauigium. 203
Iuuenci quando domentur. 206
Iouis epulum. 211
Iuliae Aug. conſecratio. 224
Inſpicare quid. 238
Iulia vnda quid denotet. 241

Indul-

Indulgitas pro indulgentia. 244
Ionium mare vnde. 257. & 291
Ingluuies quid. 263
Ieiunus pro ſiccus. 264
Iners pro odioſo & ſine arte. 266
Irrigare duobus modis dicitur. 268
Iſis quid ſignificet & cur ſic dicta. 291. & 257
Indus prius Melo. 295

K

Kalendarium Ruſticum in bibliotheca Farneſiana. 194
Kalendae vnde. 200
K. nota potius quàm littera. 310
Kato et Kalumnia & Kaput antiqui ſcribebant. ibid.

L

L. Littera ab antiquis geminata. I. eadem pro. D. 2. eadem nota apud Latinos. 29
Luculli piſcinæ quanti venierunt. 105
Lecti & feneſtrae Punicanae. 114
Liuij locus 31. Lucilius explicatus. 9. & 71
Legumina vnde dicta. 32
Libo cuius familiae cognomen. 16
Lex xii. tabul. de furioſis. 16
Lepus vnde dictus. 125
Lex locationis fundi, & in eam coniectura. 19
Lati fundij diuites. 33
Lirare & Delirare vnde. 43. & 328
Luna Intermenſtrua. 46. & 47
Lignare. 52. Lacte pro lac. 66
Lauatio Matris Deûm. 204
Lentulus Getulicus. 225
Locus fulguritus, qui & Attactus ſacer. 228
Leaena antiquis Latinis non vſitatum. 232

Lectus

Lectus Herculis poſitus editis pueris nobilibus. 235
Lacus Lucrinus & Auernus commixti. 241
Lapis bibulus. 245. Lucina vnde. 253
Libero caper immolatur. 289
Litterarum definitio & diuiſio. 304
M
M. Littera ſequēte vocali nō tota ſcribebatur. 325
Maius Mercurio dicatus. 207. Mutulus. 112
Materias deicere quid ſit. 212
Maia Virgilij mater, & eius ſomnium. 233
Myſiæ regio frugum ferax. 237
Mars Siluanus, & Mars pater tutor finium. 5
Mutat pro differt. 77
Macrobius emendatus. 105. 125
Manilianae leges, & actiones. 79. 86
Mancipes qui. 71. Mina quid. 75
Muſtum circunciſiuum. 56
Mineruál. 106
Matrices pro Matres. 86
Mergites quid. 250
Maiorum aetate proceres vbi morarentur. 101
Mel Siculum & Corſicum. 104
Miliariæ aues. 108. Medius pro mediocris. 142
Mediaſtini ſerui deſcriptio. 147
Molle pro mobili. 246
Molorchi ludi. 251. Mulgaria. 258
Melāpus quis fuerit. 265. Mapalia. 261
Mel quare caeleſte. 265
Meropes apud ruſticos qui. 266
Muſſare quid. 270. Mantile vnde dictum, 298
Mantelum et mantela. 275
Malignus pro infecundo. 288
Mancupium pro mancipium. 322. & 323

Manibia e pro manubiae. ibidem.
Meridies vnde dictus. 327
Milites è quibus ſcriberentur. 330
Mercurius antiquis Mercirius, & quare. 332

N

N.Littera pro M. 333
Narrare cum vno R. & vnde venit. 334
Natalis apud veteres pleuè, ſine diei adiectione dicebatur. 282
Nare pro volare, 267
Neapolis vrbis conditores qui. 280
Neptunus Pegaſi et Arionis parens. 255
Nymphis non libatur vino. 257
Napeae vnde dictae. 280
Nonius emendatus. 13. 31. 32. 36. 45. 52. 54. 55. 57. 227
Notae C.S.A. quid ſignificent. 14
Nauis Arenaria, & de ea tabella aenea apud Ful. Vrſinum. 20
Nummi argentei Τορ]υνίων. Καταναίων. & Καμαριναίων *apud Ful. Vrſinum.* 24
Noxis ſolutus quis. 80. 81. 95
Nota quadrantis. 82
Nepotes in vitibus. 153. & 154
N. littera librarij antiqui vtebantur ad ſignificandum noſter. 167
Neſotrophеum. 177. *Nero vbi ortus.* 226
Nonae quinctanae & Septimanae. 200

O

O. littera pro v. apud veteres. 307. 316
Ob praepoſitio. 320
Offendere paſſiua ſignificatione. 114
Oua in circo. 18. *Ouom pro Ouum, & Ouum pro incoepto.*

coepto. ibid.
Ouidius duobus locis emẽdatus & illuſtratus. 24
*Opera quid.*36. *Oues tortae & hirtae quae.* 87
Occare et occatio. 44.207
Ouium luſtratio. 205
Olua & Faba, pro oliuam & Fabam. 212
Oſcilla quid. 247. *Oriri pro ſurgere.* 330
*Oeſtros à graecis quomodo prius dictus.*256.& 257
Ore fauere, id eſt ſilere. 272
Orpheus cur diſcerptus. 279
Orthoepia & Orthographia in quo differant. 326

P

Pacuuij verſus correctus. 13. *Idem explicatus.* 74
Pan cuius filius, et eius elegans explicatio. 232
Paruus pro paupere. 235
Porcus femina. 6
Parcere & deſinere quid differant. 236
Piaculum pro expiatione. 230
Palma quis ſe primus coronauerit. 239
Proſcenium apud Virgilium. 246
Pholus, & de eo quaeſtio. 248
Pecuaria pro pecora. 253
*Philyrinus liber.*254. *Porca quid.* 7.43
Pelethronium antrum. 255
Panis in Lunã amor. 262
Pernix pro pertinax. 259
Propolis. 130
Paeſtum et Poſidonia eadem ciuitas: 269
Properare fulmina, prandium, & dies, vetus locutio. 270
Pullicies quid. 115
Pauones quanti venditi. 113

*Plautus tribus locis explicatus.*17. *& emendatus* 72. 201
Plinius emendatus, et explicatus. 2.4.15.17.19.
20.23.26.27.34.39.41.45. *Bis.* 46.47. *Bis.*
52.59.60.61.62.77.87.88.127.134. 137.
Plutarchus in problem. emendatus. 11
Pupinia, ibidemq́; coniectura de loco Feſti. 26
Peculiaria quid & vnde. 37
Peminoſus. 54. *Platicerates.* 67.
Praeſente ambobus ex xij.tab. 61
Perperam, pro, per errorem. 63
Procedere ꝑ valere apud Iuriſcon. 75
Porcus Graecum nomen. 82.& 83
Poena in eum qui bouẽ occidiſſet. 83
Paſſer Caetroniae gentis cognomen. 102
Parentalia & Lupercalia quo menſe. 202
Pedamenta quando putari debeant. ibid.
Pali quando parẽtur. 208
Praeire verba. 225
Principia in caſtris locus. 226
Protei fabula. 276
Pallere vnde dicta. ibid.
Pellacia pro fallacia. 278
Paſcor actiua ſignificatione. 292
Puluinaria quae. 293. *eadem pro templis.* ibid.
Per praepoſitio in compoſitione. 321
Pelluis antiquus triſyllabum, pro peluis. 321
Prehendo ſine aſpiratione. 324.& 330
Poſmeridianus pro poſtmeridianus. 333
Paulum an geminata, L, ſcribendum. 334

Q

Q. littera vnde ſic notata. Q. 311. *de ea diſputatio. Ibidem. eadem pro C. Ibidem, &* 326

Quum

Quùm & cùm vt differant. 326
Quoquus an cocus ſcribendum. 333
Quotidie melius cotidie, et cur. 334
Quadere agitur, vetus formula. 75
Quod rectè factum eſſe voles, vetus formula. ibid.
Quis primus duas tibias vno ſpiritu inflarit. 18

R

R. Littera pro. s. 325
Radicla herba Graecis Helleborus. 263
Re praepoſitio, & de eius compoſitione. 321
Ruſum & retroſum ſine R. 333
Ruſtariae falces vnde dictae. 3
Ruſtum. 39. Rumiae ſacra. 98.99
Rumis. Ibidem. Romanienſis pictor. 9
Ruſtica vinalia quid. 11
Roſea campus. 25.78
Rectè, pro arbitrio boni viri. 79
Runcare 43.206
Rixari pro reſiſtere. 53
Reſipere ſtylum et patriã. 56.189
R. littera pro. H. aſpirandi cauſa. 228
Roma ante Romulum fuit, & eius nomen vnde dictum. 232
Ricae, riculae, & riciniati pueri quid. 228.& 229

S

Sacres porci. 72
Sapa. 61
Seges pro terra. 43
Siri quid. 58. Segetes luſtrare. 207
Solum canis. 55
Stria. 43
Speculares lapides. 59
Suria pro Syria. 73

Sedolo pro ſine dolo. 2
Subrumi agni. 98
Scopi & Scopiones Varroni & Columellae quid. 6
Strena Kalendaria. 106
Suouetaurilia & eorũ inſcriptio. 8
Stabilis pro Stabulo. 113
Strues,et ſtrufertarij quid. 8.227.228
Sementiuae feriae. 83
Septembrina braſſica. 9
Summitti pecora quando dicantur. 78
Seruius citatus,& ſuppletus. 18.283.284
Suetonius explicatus. 32
Simpla & dupla promittere. 95
Strabonis locus. 24
Subtiliora pro minutiora. 26
September Dianae dicatus. 210
Scrobatio arborum. ibid.
Sementes hordiariae et triticariae. 210
Spinther Corneliae Lentulorum familiae cognomen. 224
Saginare primus quis inſtituerit. 112
Serram ducere. 111
Stylobatae. 109. *Sarrire ſegetes.* 201
Siculi à quibus orti. 125
Sortitio praerogatiuae tribuum. 136
Sponſo virginem ducere quando non licebat. 151
Scaros in Italiae littora quis primus importarit. 177
Sacrum Mamurio quid. 203
Superficium. 201
Summanus Deus. 227
Solemnia ſacra. 229
Saluus ſeruatus ſit, formula votorum nuncupandorum. 230

Sileno ferula attributa. 235
Sacrum & ſanctum quomodo differant. 249
Stiria pro ſtillicidio congelato. 362. Solox lana. ibid.
Sudũ proprie quid. 268
Sacrum canarium. 277
Sidera in alimentum trahunt aquam. ibid.
Strymon amnis pro Hebro. 279
Seruij duo Codices vetuſtiſſimi apud Ful. Urſinum. 284
Syllaba ſine vocali. 304. & 305
Simonides apud Graecos duas uocales inuenit. 305
Sincipat vnde dictum. 333
ſuccipere aquam quid. 320
Sub praepoſitio, & de eius compoſitione. ibid.

T

Tabularia quae. 250. T. littera in D. S. Tabulata in vitibus. 246
Tertullianus emendatus. 226
Tiſiphone pro peſtilentia. 265. vnde dicta. 278
Tragoedia vnde. 246. Theſidae qui. ibid.
Torcula vaſa, non torcularia apud Varronẽ. 3. 103
Theophraſtus emẽdatus et citatus. 22. 23. 24. 25. 39
Taciti locus. 32. Idem auctor emendatus. 225
Taura Vacca. 84
Trapetes. 58. 250
Torticium muſtum. 56
Thoriae familiae cognomen vnde. 69
Trimeſtris ratio. 203
Tropae Chimerinae quid. 211
Templa foeminino genere canales dixit Varro. 273
Tmarus mons, & ſuper eo Virgilij verſus reſtitutus. 284
Thracia Martis tellus. 278

Teren-

Terentius maioribus litteris ſcriptus apud Ful. Vrſinum. 284
Troia regio. 297. *Triones quid.* 298
Trans praepoſitio, & de eius compoſitione. 322
Ti. Claudius nouam litteram excogitauit. 331

V

V. Littera eſt digamma. 316. *cur duplicetur.* Ibid
Vrguere pro vrgere, et vnguere pro vngere. 316
Vocalis ſequente altera ſubducebatur. 335
V. littera conſonans & vocalis. 306. & 322. *eadem pro. y. Graeco, & pro. i.* 307. 308. 331
Vtrum ſit ſcribendum vt loquimur. 311
V. pro. O. 315. *vt fruns pro frons.* 2. & 206
Vocales quaedam etiam conſonantes. 306
Vocales antiquae Graecorum tantum quinque. 305. *& de earum correptione & productione.* Ibidem. & 306
Veterum ſalutatio. 283
Virgilij luſus Iuueniles apud Ful. Vrſinum & eius liber valde antiquus apud eundem. 284
Virgilius quo anno ſcripſerit Bucolica. 296. *vbi obierit.* 297. *eius offenſa in Nolanos.* 242. *Idem explicatus.* 61
Varro in lib. de re ruſtica emendatus. 1. 3. 5. *Idem in lib. de ling. Lat. explicatus, & emendatus.* 11. 13. 37. 47. 200
Varronis locus de rerum natura emendatus. 14. *Idē quo anno ſcripſerit. librum de re ruſtica.* 10. *Quot annos vixerit.* 100
Vaſa quinque iuga & quadriiuga apud Varronem. 4
Vinum inferium quid. 6
Vmbella candidatorum. 102
Veranius in Macrobij ſaturnalibus emendatus. 7

Valgi & vari qui. 92
Virgilius maioribus litteris ſcriptus apud Fuluium Vrſinum. 284
Vigilij luſus antiquiſſimi apud Ful. Vrſinum. 284
Vibius Sequeſter emendatus. 24
Vitruuij locus. 30.31.76
Velleius Paterculus *correctus.* 17
Vrbis condendae ritus. 68. *Vruum & Vruare.* Ibid.
Vitulus cuius gentis cognomen. 69 *Valuoli.* 72
Vinum defrutare. 151
Vmidiae familiae vetuſta inſcriptio. 107
Vicea pro vicia, & vinia & vea pro via & vinea. 206.207.208 *Vindemia.* 210
Veteres inſcriptiones apud Ful. Vrſinum. 231
Varij poetae Thyeſtes. 236
Virgo & vitula quo ſenſu apud Virgilium & Terentium. 233
Vannus cui ſacra. 237. *Veſcum quid.* 258. & 269
Vnguen quid. 263
Vaccinium Graecis Hyacinthus. 271
Ventorum nomina et numerus. 274
Vltimus & extremus pro primo. 274
Vento pro ventu. 279

X

X. *Littera valet. c. & s.* 305
XXuiri agris diuidundis. 17

Z

Z. *Littera antiquis Latinis incognita:* 308. *non eſt duplex.* 309

Χορίον *quid.*

Ω

Ω. *apud Graecos ſuperpoſita.* ρ *quid ſignificet.* 29

FINIS.

Errata	Sic corrigito
1.ver. 7.Inde parum	Inde Parum
ver. 16.Cato quidam	Cato quidem
11.ver.20.dies aedes	die aedes
16.ver. 9.cogomen	cognomen
73.ver.3.θύσιμός ἐστιν	θύσιμός ἐστιν
85.ver.17.μακρότερα	μακρότερα
ver.25.τελείου	τελείους
87.ver.15.babeo	habeo
92.ver.16.vari	varij
118.ver.11.extremus	extremum
140.ver.31.Endo ſum domum	Endo ſuam domum
143.ver.25.περὲ	περὶ
177.ver. 3.apud M.Varr.quem	apud M.Varr.à quo
203 ver.28 abruptione	abruptioue
214.ver. 1.adde in margine	FRAGM. INSCRIPT.
215.ver. 1.adde in margine	FRATR. ARVAL.
216.ver. 1.adde in margine	FRAGM. INSCRIPT.
229.ver.10.Flaminiam	Flaminia
232 ver.24.LEAENA	LEAENA
233.ver.23.Aut me Phoebus	Et me Phoebus
249.ver.28.Anfidius	Aufidius
252.ver.13.Aegypto Cantabris	Aegypto & Cantabris
273.ver.30.paſſibus iſtnas	paſſuum diſtans
279.ver. 2.ad inferos	ab inferis
293.ver. 3.cenſuerunt	conſuerunt
306.ver. 9.dicimus ex his	dicimus, ex his
in margine VELLIVS	VELIVS.& ſic deinceps
308.ver 2?.altera a p.	altera a d.
315.ver.31.u.littera	u.litteras
317.ver. 9.quod eſt poſt	quod eſt ante
319.ver. 7.Ac te nocturnis	At te nocturnis
.ver.18.interit.χ.	interit.X.
ver.vlt.littera.χ.	littera X
320.ver.27. in l.litteram	in.i.litteram
327.ver. 4.vocem legis	vocis legem
ver.19.in K.litteram	in R.litteram
328.ver.18.περὰ	περὶ
329.ver.15.littera πσρ	littera πσ
332.ver.20.Sine.n.non putat	Sine.n. putat

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa

Omnia ſunt folia praeter O, P, Aa, ſemifolia.